
ID 254974063

Christensen.



П. Б. 4/141

УНИВ. БИБЛИОТЕКА
Ф. И. Бр. 14348

IULI VALERI

ALEXANDRI POLEMI

RES GESTAE ALEXANDRI MACEDONIS

TRANSLATAE EX AESOPO GRAECO.

ACCEDUNT

COLLATIO ALEXANDRI CUM DINDIMO,
REGE BRAGMANORUM, PER LITTERAS FACTA

ET

EPISTOLA ALEXANDRI AD ARISTOTELEM,
MAGISTRUM SUUM, DE ITINERE SUO
ET DE SITU INDIAE.

RECENSUIT

BERNARDUS KUEBLER.

УНИВЕРЗИТЕТСКА БИБЛИОТЕКА * БЕОГРАД

LIPSIAE
IN AEDIBUS B. G. TEUBNERI
MDCCCLXXXVIII.

LIPSIAE: TYPIS B. G. TEUBNERI.

BRUNONI KEIL

FRIDERICO SCHLEE

REINHOLDO STEIG

COLLEGIS SODALIBUS AMICIS

AMORIS ERGO.

PRAEFATIO.

Quaerentibus nobis, quando Iulius Valerius Pseudo-Callisthenis seu potius Aesopi narrationem Graecam secutus Alexandri historiam sermone Latino narraverit, nullus antiquorum temporum testis est, qui respondeat. Neque enim ullius momenti est testimonium Pseudo-Sergii, a quo Iulii Valerii verba ‘*iubet omne facessere famulitium*’ (p. 3, 18) commemorantur (Serg. Explanat. in Donat. II; K. G. L. IV p. 577), quoniam qua aetate ille Pseudo-Sergius vixerit, nescimus. Videamus igitur, numquid ex ipsius Iulii Valerii libro de aetate eius expromere possimus. Ac primum quidem versionem Iulii Valerii ante Theodosii tempora factam esse iam Angelus Maius, primus editor, ostendit. Nam cum constet Serapeum Alexandriae anno 391 iussu Theodosii dirutum esse, apud Iulium Valerium legimus ‘*templum etiam nunc Sarapium Parmenionis appellatur*’ (I, 32) et ‘*obeliscos, qui adhuc Alexandriae perseverant in Sarapis templi circumsepto extrinsecus adsistentes, eius templi, quod aetas iunior laboravit*’ (I, 30). Deinde cum Iohannes Chrysostomus, Theodosii aequalis, quaerat: *ποῦ γὰρ, εἰπέ μοι, τὸ σῆμα Ἀλεξάνδρου; δεῖξόν μοι καὶ εἰπὲ τὴν ἡμέραν, καθ' ἣν ἐτελεύτησε* (Homil. in Corinth. II, 26), Iulius Valerius sua aetate etiamtunc Alexandri sepulchrum

exsistere[1]) et diem supremum eius celebrari[2]) confirmat. Denique quod Valerius de cultu anguium Alexandrino tradit: ‘*eiusque mos vivit et adhuc Alexandriae religiosus est sub penatium deorum honore et statis diebus suetus coli more eiusmodi*’ etc. (I, 29), id ante saeculum quintum scriptum esse Moses Chorenensis docet, cum illam consuetudinem sua aetate evanuisse testatur[3]). Dixerit quis, ex eis, quae adhuc a nobis congesta sunt, nihil colligi posse, propterea quod omnia ea, quibus nos ad tempora Iulii Valerii definienda usi simus, ex archetypo Graeco sumpta sint. At Iulius Valerius non ita suam de Alexandro historiam confecit, ut verbotenus, quae Graece legeret, in sermonem Latinum verteret. Itaque si apud eum legimus ‘*eius mos vivit adhuc*’ ‘*diem etiamnunc sacratissimum habent*’ aliaque eiusmodi, de ipsis Iulii Valerii temporibus cogitare licet.

Constat igitur ante Theodosii tempora Iulium Valerium scripsisse. Sed arctioribus finibus tempora eius circumscripserunt cum Klugius[4]), tum maxime Iulius Zacher[5]). Hi enim docuerunt auctorem Itinerarii Alexandri, quem inter annos 341 et 345 librum suum Constanti Imperatori dedicasse constat, Iulii Valerii historia usum esse. Nec tamen ante annum

1) *Erigitur ergo aedes quam maximo opere ad instar templi, quod etiamnunc Alexandri nominatur* III, 57.

2) *Obitus autem eius diem etiam nunc Alexandriae sacratissimum habent* III, 60.

3) *Au vingt-cinq de Doupi on ne célèbre plus cette fête insensée, en couronnant des bêtes de charge, adorant des serpens, distribuant des gâteaux* etc. Histoire d'Arménie par Moïse de Khorène, Texte et traduction française par P. E. Le Vaillant de Florival, Vened. 1841. T. II, p. 171. cf. Lumbroso, L'Egitto al tempo dei Greci e Romani, Rom. 1882, p. 139.

4) De Itinerario Alexandri M., Vratislaviae 1861.

5) Pseudocallisthenes, Forschungen zur Kritik und Geschichte der ältesten Aufzeichnung der Alexandersage. Halle 1867. p. 48 sq.

270 Iulium Valerium scripsisse Landgrafius[1]) inde recte collegisse videtur, quod Darius moriens Alexandrum ‘*victoriosissimum*’ (II, 33), se ipsum ‘*dominum et deum*’ appellat. Quorum titulorum illum nulli imperatorum ante Aurelianum inditum esse, hunc in nummis quidem non ante Aureliani tempora inveniri, Schoener[2]) ostendit. Ita cum a viris doctis inter annos 270 et 340 Iulii Valerii historiam conceptam esse exploratum sit, ipse eam inter annos 270 et 330 scriptam esse ex capite 26 libri primi apparere ostendi[3]). Ibi enim ut Alexandriam magnitudine nulli oppido orbis terrarum cedere demonstretur, mensurae maximarum urbium enumerantur. Cum autem auctorem Latinum non fugisset sua aetate Romam ab Aureliano Imperatore valde amplificatam multo maiorem esse Alexandria, ad ea, quae in exemplari Graeco legerat, pauca addens ita scripsit: ‘*Roma quattuor stadiis et pedibus centum atque viginti longa primitus fuerit, nondum adiectis his partibus, quae multum congeminasse maiestatis eius magnificentiam visuntur.*’ Haec verba quoniam ad muros urbis Romae ab Aureliano dilatatos spectare apparet, non ante Aureliani tempora scripta esse possunt. Quod autem Iulius Valerius inter urbes maximas Constantinopolim non commemoravit, inde iure effecisse mihi videor eum, antequam novum imperii Romani caput constitueretur, scripsisse. Haec si recte disputata sunt, inter annos 270 et 330 Iulii Valerii narratio orta est[4]).

Sequitur, ut quis fuerit Iulius Valerius, indagemus. Ac nomina quidem eius tradita sunt in codicibus Taurinensi et Ambrosiano. In codice enim Taurinensi

1) Zeitschr. f. östr. Gymn. 1882. p. 429.

2) Über die Titulaturen der römischen Kaiser, Act. Erlang. II, p. 449.

3) Rivista di Filologia 1888. p. 361 sq.

4) cf. etiam Mommsen. Abhandlungen d. sächs. Ges. d. Wissensch. III (1857) p. 276 sq.

legitur in fine libri primi: *Iuli Valeri Alexandri vci Polemi Alexandri Macedonis liber primus expl. etc.*, in codice Ambrosiano: *Iulii Valerii Alexandri Macedonis Translatae ex Aesopo Graeco Liber primus etc.* Libro secundo subscriptum est in codice Taurinensi: *Iuli Valeri Alexandri Polemi vc res gestae Alexandri Macedonis . . . latex Eropro Greco explct liber secundus etc.*, in codice Ambrosiano: *Iulii Valerii Alexandri res geste Alexandri Macedonis translate ex Hesopo Greco etc.* Non igitur dubium est, quin ei auctori, cuius opus edituri sumus, nomen fuerit *Iulius Valerius Alexander Polemius*, atque ipse clarissimatus dignitatem obtinuerit, quamvis aliter iudicet de hac re Paulus Meyer[1]), quem refellere supersedeo. Cum autem anno 338 Polemium et Ursum consules fuisse constet, fortasse Iustus Grion[2]) recte vidit, qui nostrum Iulium Valerium Alexandrum Polemium consulem illum anni 338 esse confirmavit. Ne id quidem a vero plane abhorret, quod Grion praeeunte Klugio exposuit, etiam Itinerarii auctorem Iulium Valerium fuisse. Sed hae opiniones utrum rectae an falsae sint, certo demonstrari nequit. Caveamus igitur, ne fumum vendamus. Quae vero praeterea Grion commentus est, Iulium Valerium Alexandrinum seditione Aegyptiaca a Diocletiano oppressa (anno 291) sub corona venditum in manus Constantii Chlori venisse, deinde cum Constantino, filio illius, bello, quod Galerius in Media et Armenia gessit (297), interfuisse, eodemque tempore historiam Alexandri scripsisse, postea Constantium, Constantini filium, Constantii patroni sui nepotem eum, cui Itinerarium Alexandri dedicatum est, educavisse atque ab eodem Caesare facto anno

1) Alexandre le Grand dans la littérature française du moyen âge. Paris 1886. Tom. II, p. 15.

2) I nobili fatti di Alessandro Magno. Bologna 1872. p. XXVI sq.

338 consulatum adeptum esse, haec omnia, quamquam belle excogitata sunt, tamen vix digna videntur, quae commemorentur. Nullo enim argumento nituntur, nisi codicis Taurinensis subscriptione libri secundi a Grione falso ita lecta: Iulii Valerii Alexandri(ni) V(alerii) C(onstantii) L(iberti) Polemi Alexandri Macedonis etc.

Maioris momenti ea sunt, quae Landgrafius de Iulii Valerii usu dicendi disseruit, ut eum Africanum fuisse ostenderet. Quam opinionem etsi aliis viris doctis probavit et revera hoc in propatulo est, Iulium Valerium non ex Italia oriundum fuisse, tamen utrum in provinciis Africae an in Aegypto an in Asia natus sit, parum constat ac solo scriptoris sermone vix definiri potest.

Codices, quibus in edendo Iulii Valerii libro uterer, mihi innotuerunt hi:

1) **Codex rescriptus Taurinensis**[1]), quem antea in monasterii Bobiensis libris fuisse Amedeus Peyron recte videtur suspicatus esse. Constitit olim foliis, quae minora dicuntur, altis 0,266 m., latis fere 0,2 m. In his saeculi quinti vel sexti litteris uncialibus codex Theodosianus ita scriptus erat, ut singula folia undequadragenos versus continerent. Saeculo septimo hac scriptura abrasa ablutaque folia in margine sinistro amputata atque ita complicata sunt, ut paginae dimidio minores efficerentur, quam antea fuerant, scilicet altae 0,194 m., latae 0,133 m. Deinde quinis vel senis horum foliorum in singulos fasciculos coniunctis novus liber compositus est in eoque litteris, quas cursivas Romanas dicunt, Iulii Valerii res gestae Alexandri ita scriptae sunt, ut lineae scripturae posterioris transverse currerent supra lineas scripturae prioris.

1) Egerunt de hoc codice Zacher in Pseudocallisthene pp. 35—41, P. Meyer (Alexandre le Grand dans la littérature française au moyen âge, II, pp. 14 sq.), ipse in Rivist. d. filol. 1888, pp. 368—399.

Ineunte saeculo nostro Amedeus Peyron, bibliothecae Taurinensis praeses, quid et vetus et nova scriptura contineret, cognovit. Qui cum de scriptura priore, quae codicis Theodosiani fragmenta continebat, rectissime iudicaret, de Iulio Valerio Angelum Maium consuluit, qui paulo ante (anno 1817) eundem scriptorem ex codice Ambrosiano ediderat. Hic cum anno 1817 aliquot dies Augustae Taurinorum versaretur, ipse codicem illum rescriptum inspexit[1]). Neque vero magni pretii eum esse putavit, cum eum saeculo duodecimo, post codicem Ambrosianum, quo ipse usus erat, scriptum esse lectionesque saepe Ambrosianis deteriores, interdum tantum meliores exhibere[2]) arbitraretur. Hoc tamen cognovit, initium libri primi (c. 1—10) et magnam partem libri alterius (c. 24—30), quae in codice Ambrosiano amissis quaternionibus primo et quinto desunt, in codice Taurinensi servata esse[3]). Sed ne id quidem videtur eum ad maiorem codicis reverentiam adduxisse, siquidem credere licet Peyroni, qui in praefatione Codicis Theodosiani fragmentorum, quae Augustae Taurinorum 1823 prodierunt, haec testatus est: 'Specimen varietatum lectionis communicaveram Cl. Mai exeunte eodem anno, sed vix ei dignum visum est, quod suam attentionem paulisper moraretur[4]).'

1) Philo et Virgilii Interpretes, edente Angel. Maio. Mediol. 1818. p. XXXVIII: 'Iam vero per autumni praeteriti ferias quum Augustam Taurinorum accessissem, ibi vir eximius, amicus meus, Amedeus Peyronus ostendebat mihi codicem membraneum saeculo circiter XII scriptum etc.'

2) l. s. s.

3) 'Is codex magnam quidem sui partem amisit, ea tamen, quae superest, illi omnino loci sarciuntur, qui ex Ambrosiano codice exciderunt.' l. s. s.

4) Exstat adhuc in bibliotheca Vaticana inter schedas ab Angelo Maio relictas illud 'specimen varietatum' una cum epistola, quam Peyron eis, quae ad Maium misit, addidit. Haec omnia Augustus Mau, qua est liberalitate, in meum usum accuratissime descripsit gratiasque ei ago quam maximas. Operae

Quoniam autem ipse Iulii Valerii editor illum codicem vetustissimum adeo contempsit, quis accusaverit Peyronem, quod illius iudicio seductus scripturam superiorem chemicis medicamentis perdere non dubitavit,

pretium mihi videtur epistolam illam hic in publicum proferre. Legitur in Cod. Vat. 9560, fol. 115.

a. S. Legga tosto l' ultimo articolo della lettera.

Pregmo Sigr. Dottore, ed amico mio

Dopo averle scritta la lettera rimessale dall' ab. Reinand, ricevetti le due sue portatemi dal M. D' Azeglio. Le sono riconoscente del Filone, che già aveva letto e preso per la Bibliot. Bertone. L' assicuro che niun dubbio mi venue della versione, e sul testo, tranne pochi errori d' enclitiche; e qui dica pure quel Peyron è un gran Rabbino.

In grazia di Lei ho furate tutte queste carte contenenti quanto già si era da me o da altri trascritto del Valerio; pensava anche di rubare il codice e spedirlo a Lei, ma la cosa era grave dopoche la Riforma autorevolmente me lo aveva negata. — Abbia dunque queste carte. Quanto stavvi scritto in nero è la prima copia; l' interlineare rosso è recensione seconda epperò più autorevole. Rilessi il titolo, e vi raccapezzai queste parole

..... ta Alexand
Polemistinae Alexandrin
mus diā e. de Esopo

Ben volontieri lo farei copiare, seppure io conoscessi lettore abile; ma la scrittura è cosi perfidissima, ch' io ci spesi molte ore per leggerne poche pagine, e poi i miei occhi stanchi non mi servirono più per parecchi giorni. Siccome gran parte di q^{e} trascrizioni sono opera di Costa, e del B. Vernazza, la prego, ove se ne voglia servire, a non citare nè me, nè Costa, nè Vernazza; non volendo io farmi bello delle cose altrui, nè volendo comparire per quello che communichi agli altri i lavori altrui [i quali però sono possessione della Biblioteca].

Il conte Sclopis il quale desidera pure veder l' Ambrosiana, giovane tinto di lettere greche, le porta q^{a} lettera; egli dopo 10 giorni tornerassi a Torino. Se può favorirmi, in questo frattempo faccia i suoi confronti, affinchè il ladro delle Bibl. non sia scoperto.

Sono con ogni amicizia ecc.

Suo Affmo Amico


Peyro

quo facilius scripturam inferiorem legere posset[1])? Utinam antequam folia suco pernicioso pessum daret, Iulii Valerii librum diligenter transscribendum atque exemplar transscriptum in bibliotheca Taurinensi deponendum curasset! Sed quid eum, qui libris conservandis a rege praepositus esset, facere deceret, adeo non intellexit aut meminit, ut ipse codicem summi pretii maximam partem deleret ac satis haberet paucorum capitum exemplar transscriptum, pauciorum collationem Maio mittere. Qui quam neglegenter incurioseque eis, quae a Peyrone acceperat, usus sit, infra exponetur.

Crimini igitur dandum est cum Peyroni, tum Angelo Maio, ei ipsi, qui primus Iulium Valerium edidit, quod longe optimus huius scriptoris codex graviter corruptus est. Nam quae etiamnunc in eo exstant, ea difficillima sunt lectu. Ipse ineunte hoc anno librum Taurinensem adii et, quoad quidem legi possit, excutere studui. Atque exstant adhuc folia integra 35, folia dimidiata 7, omnia sucis acidis tincta. Videtur autem Peyron ad scripturam inferiorem revocandam diversis medicamentis usus esse. Nam foliorum aliis color est viridis, aliis caeruleus; multa folia, cum nisi qua fragmentorum codicis Theodosiani scriptura exstaret, uncta non sint, in margine colorem flavum membranae retinuerunt, aliorum tota facies suco chemico superfusa est. Sunt quaedam folia, in quibus omnia scripturae posterioris verba legi possint, plura, quorum scriptura tantum in marginibus cognoscatur, nonnulla, in quibus verborum Iulii Valerii nec vola nec vestigium restitit. Folia nunc compagibus quaternionum solutis explicata atque in veterem formam eam

1) Prodiit Peyronis editio fragmentorum Codicis Theodosiani Augustae Taurin. anno 1823. Postea eadem fragmenta accuratius edita sunt a Kruegero in Actis Academiae Berolinensis anni 1879.

redacta sunt, quam habebant, cum nihil nisi codicem Theodosianum continerent. Imaginem folii invenies in Wattenbachii et Zangemeisteri Exemplorum codd. latt. tabula 25. Folia numeris, quos Romanos dicimus, a bibliothecario quodam insignita sunt praeter ultimum, cui ipse hic in usum meum numerum XLII addo. Iam cum secundum ea, quae supra a nobis exposita sunt, singula folia quaternas Iulii Valerii paginas contineant, ego paginam dextram partis rectae uniuscuiusque folii nomino a, paginam sinistram partis versae b, paginam dextram partis eiusdem c, paginam sinistram partis rectae d:



Continent autem singula folia haec:

I.	a.	p.	16,21	illo nomine	— 17,13	tempus hortabitur
	b.		17,13	Probat Aristoteles	— 18,6	Ergo tu missa
	c.		27,7	quae sint	— 27,27	festinat
	d.		27,28	raptu	— 28,20	libens oppetam
II.	a.	p.	21,12	habebat tamen	— 22,7	clementer
	b.		22,7	sputamenta	— 22,25	fugerat
	c.		22,25	Nam et causa	— 23,18	Macedoniam
	d.		23,18	Sed offendit	— 24,11	effervescente
III.	a.	p.	55,13	potuit ostentare	— 56,8	convenire
	b.		56,8	in quantum	— 57,1	opiparum.
	c.		46,26	Transgrediar	— 47,13	ad magnitudinem
	d.		47,13	confrequentat	— 48,2	tanta quippe
IV.	a.	p.	54,5	videbatur	— 54,22	Darius
	b.		54,22	tamen ratus	— 55,13	Alexander
	c.		48,2	mihi multitudo	— 48,21	visa est
	d.		48,21	competentior	— 49,9	viresque
V.	a.	p.	14,1	eiusmodi	— 14,19	aveo quidem

V. b. p. 14,19 et vultu — 15,9 videre
c. 30,2 boni coeptus — 30,21 congregato
d. 30,22 sexcenti — 31,13 pondo centum
VI. a. p. 59,20 ulterius — 60,8 servarentur
b. 60,8 rex motus — 60,26 quem non
VII. a. p. 62,6 his ait — 62,24 subit
b. 62,25 aptare — 63,21 ignotis
c. 68,19 scripseris — 69,4 Athenienses
d. 69,4 viri — 69,17 educationibus
VIII. a. b. *nihil cognovi; continebant finem capitis primi et initium capitis alterius libri I.*
c. p. 11,8 et vim — 11,28 ventorumque
d. 11,28 conflictus — 12,18 nigra quasi
IX. a. p. 76,17 arbitror — 77,6 qua diceret
b. 77,7 idcirco — 77,25 auro
c. 77,25 indiget — 78,16 iampridem
d. 78,16 scripseram — 79,5 subfragiis
X. a. p. 5,5 quoque iugalibus — 5,29 adventantem
b. 5,29 eum — 6,26 cubiculi
c. 6,26 mago — 7,20 superveniens
d. 7,20 excitare — 8,16 trepidatior erat
XI. a. p. 2,9 longe celebratior — 3,9 variatum
b. 3,9 pretium — 3,29 ad te
c. 9,26 admiratione — 10,17 visio
d. 10,18 non parvum — 11,8 mulier
XII. a. p. 73,29 tutioris — 74,17 imbelles
b. 74,18 ut ait — 75,8 indignatio illa
c. 80,15 Demosthenem — 81,5 terra vel
d. 81,5 mari — 81,23 Alexandro fuit
XIII. a. p. 3,29 fama — 4,17 venerabor
b. 4,18 Progressus — 5,5 ut ego
c. 8,17 solatiis — 9,6 reversionem
d. 9,6 scilicet — 9,26 metu unaque
XIV. a. p.102,3 veni Darius — 102,24 pars
b. 102,24 ex medio — ?
c. d. *legere non potui.*

XV. a. p. 81,23 flammis — 82,13 frustrata
b. 82,13 foret — 82,30 quidem
XVI. XVII. *legere non potui.*
XVIII. a. p. 15,9 quae cupiverat — 15,29 Alexander
b. 15,29 comperto — 16,21 diximus
c. 28,20 Atque ideo — 29,11 it eadem
d. 29,12 illa — 30,2 sic eorum
XIX. a. p. 43,4 fixa est — 43,21 super
b. 43,21 civitatis — 44,12 subiugatorem
c. 31,13 insignita — 32,2 Aegypti
d. 32,2 celebratur — 32,19 urbis quam
XX. a. p. 19,21 rursus — 20,16 laboris
b. 20,16 aut artis — 21,12 fortuna
c. 24,11 iam irae — 25,5 evenerat.
d. 25,5 Huc adde — 25,25 iam enim
XXI. a. p. 18,6 susceperis — 18,27 censeant
b. 18,27 frugalitate — 19,21 inter haec
c. 25,25 te paterno — 26,17 cum illo
d. 26,17 reditu — 27,7 quoque
XXII. a. p. 52,24 ita scribit — 53,13 venias
b. 53,13 ne contra — 54,5 proelium
c. 49,9 coepere — 49,26 verbis
d. 49,26 honoratioribus — 50,14 spondeo
XXIII. a. p. 35,7 dicitur — 36,1 operum
b. 36,1 imposita — 36,20 diceretur
c. 38,32 et coronatis — 39,18 tranquillissimo
d. 39,18 aëris — 40,10 obeliscos, quod
XXIV. a. p. 82,30 Darius — 83,21 tibi
b. 83,21 de Alexandro — 84,9 plus pru-
XXV. a. p. 75,8 vobis — 75,26 Xerxem
b. 75,27 maria — 76,17 porro non
c. 79,5 potiti — 79,24 Euclidem
d. 79,24 praedicatum — 80,15 praecipue
XXVI. a. p. 33,30 ad aequoris — 34,18 potuissent
b. 34,19 Ex quo — 35,7 Melanthium
c. 40,10 ad veru — 41,1 quoque sint
d. 41,1 meae areae — 41,18 commoda est

XXVII.	a.	p. 57,1	et simulacrum	— 57,19	participat
	b.	57,19	Praecipue	— 58,14	adnector
	c.	45,18	protinus	— 46,7	fortuna
	d.	46,7	tunc lapsum	— 46,26	iactatio
XXVIII.	XXIX. *legere non potui.*				
XXX.	a.	p. 51,22	et crepitaculis	— 52,6	fortassis
	b.	52,7	melius	— 52,24	praedicans
	c.	50,14	quam	— 51,6	dubie
	d.	51,6	mihi	— 51,22	talis
XXXI.	a.	p. 45,3	aditus	— 45,18	exigit
	b.	44,13	Statim	— 45,3	munitio
XXXII.	a.	p. 63,22	Maiestate	— 64,10	sibi
	b.	64,10	redintegrare	— 64,28	exegisset
	c.	67,17	deduci	— 68,2	inierant
	d.	68,2	hunc	— 68,19	talenta
XXXIII.	a.	p. 66,6	cuius	— 67,1	coeperat
	b.	67,1	Verum	— 67,17	sacerdotio
	c.	64,28	iubet	— 65,12	praeconem
	d.	65,12	iubet	— 66,6	deae
XXXIV.	a.	p. 36,20	coluisse	— 37,6	enim
	b.	37,6	in illo	— 37,29	multa sint
	c.	37,29	Alexandriae	— 38,16	partes
	d.	38,16	usurpaverit	— 38,32	iaciunt
XXXV.	a.	p. 12,18	pupilla	— 13,10	seriem
	b.	13,11	generis	— 14,1	Laomedonti
	c. d.	*paene lacera sunt nec legi possunt; continebant caput primum libri I.*			
XXXVI.	*legere non potui.*				
XXXVII.	a.	p. 60,26	pro se	— 61,15	favore
XXXVII.	b.	p. 61,16	numinum	— 62,6	gerendum
XXXVIII.	XXXIX. *legere non potui.*				
XL.	a.	p. 100,14	iniecto	— 101,9	voce
	b.	101,9	et eiulatu	— 102,3	extimam
	c.	108,13	neque tamen	— 109,5	servaretur
	d.	109,5	quem	— 109,26	suum
XLI.	a.	p. 32,19	maximae	— 33,12	arcus
	b.	33,12	intentio	— 33,30	postea sint

	c.	41,18	mortalibus	— 42,13	sereno
	d.	42,13	vel corusco	— 43,4	prima
XLII.	a.	p. 99,4	matris	— 99,24	liberalitatibus
	b.	99,24	iactitare	— 100,14	videbatur
	c.	109,26	maluerit	— 110..	MACEDONIS (*subscriptionis*)
	d.	110..	LATEX	— 111,15	inconsul-

Folia igitur sic olim inter se secuta sunt:

p. 1—2,9	Ergo iam	Fol. XXXV. c. d. VIII. a. b.	Quat. I.
2,9	longe — 3,29 ad te	XI. a. b.	
3,29	fama — 5,5 ut ego	XIII. a. b.	
5,5	quoque — 8,16 erat	X. a. b. c. d.	
8,17	solatiis — 9,26 unaque	XIII. c. d.	
9,26	admiratione — 11,8 mulier	XI. c. d.	
11,8	et vim — 12,18 quasi	VIII. c. d.	
12,18	pupilla — 14,1 Laomedonti	XXXV. a. b.	
p. 14,1	eiusmodi — 15,9 videre	Fol. V. a. b.	Quat. II.
15,9	quae — 16,21 diximus	XVIII. a. b.	
16,21	illo — 18,6 missa	I. a. b.	
18,6	susceperis — 19,21 haec	XXI. a. b.	
19,21	rursus — 21,12 fortuna	XX. a. b.	
21,12	habebat — 24,11 effervescente	II. a. b. c. d.	
24,12	iam — 25,25 enim	XX. c. d.	
25,25	te — 27,7 quoque	XXI. c. d.	
27,7	quae — 28,20 oppetam	I. c. d.	
28,20	Atque — 30,2 eorum	XVIII. c. d.	
30,2	boni — 31,13 centum	V. c. d.	
p. 31,13	insignita — 32,19 quam	Fol. XIX. c. d.	Quat. III.
32,19	maximae — 33,30 sint	XLI. a. b.	
33,30	ad — 35,7 Melanthium	XXVI. a. b.	
35,7	dicitur — 36,20 diceretur	XXIII. a. b.	
36,20	coluisse — 38,32 iaciunt	XXXIV. a. b. c. d.	
38,32	et — 40,10 quod	XXIII. c. d.	
40,10	ad — 41,18 est	XXVI. c. d.	
41,18	mortalibus — 43,4 prima	XLI. c. d.	
43,4	fixa — 44,12 subiugatorem	XIX. a. b.	

p. 44,13 Statim — 45,18 exigit	Fol. XXXI. b. a.	Quat. IV.	
45,18 protinus — 46,26 iactatio	XXVII. c. d.		
46,26 Transgrediar — 48,2 quippe	III. c. d.		
48,2 mihi — 49,9 viresque	IV. c. d.		
49,9 coepere — 50,14 spondeo	XXII. c. d.		
50,14 quam — 52,24 praedicans	XXX. c. d. a. b.		
52,24 ita — 54,5 proelium	XXII. a. b.		
54,5 videbatur — 55,13 Alexander	IV. a. b.		
55,13 potuit — 57,1 opiparum	III. a. b.		
57,1 et — 58,14 adnector	XXVII. a. b.		
58,15 Quaesoque — 59,20 neque	?		
p. 59,20 ulterius — 60,26 non	Fol. VI. a. b.	Quat. V.	
60,26 pro — 62,6 gerendum	XXXVII. a. b.		
62,6 his — 63,21 ignotis	VII. a. b.		
63,22 Maiestate — 64,28 exegisset	XXXII. a. b.		
64,28 iubet — 67,17 sacerdotio	XXXIII. c. d. a. b.		
67,17 deduci — 68,19 talenta	XXXII. c. d.		
68,19 scripseris — 69,17 educationibus	VII. c. d.		
69,17 laborarit — ?	?		
p. ? — 73,29 consilia	Fol. ?	Quat. VI.	
73,29 tutioris — 75,8 illa	XII. a. b.		
75,8 vobis — 76,17 non	XXV. a. b.		
76,17 arbitror — 79,5 subfragiis	IX. a. b. c. d.		
79,5 potiti — 80,15 praecipue	XXV. c. d.		
80,15 Demosthenem — 81,23 fuit	XII. c. d.		
81,23 flammis — 82,30 quidem	XV. a. b.		
82,30 Darius — 84,9 plus pru-	XXIV. a. b.		
p. 84,9 -dentia — 99,4 mecum = *Quat. VII. totus deperditus.*			
p. 99,4 matris — 100,14 videbatur	Fol. XLII. a. b.	Quat. VIII.	
100,14 iniecto — 102,3 extimam	XL. a. b.		
102,3 veni — 103 ?	XIV. a. b.		
103 ? — 108,12 procuraretur	?		
108,13 Neque — 109,26 suum	XL. c. d.		
109,26 maluerit — 111,15 inconsul-	XLII. c. d.		

In folio V[d]*. legitur etiamnunc signum quaternionis secundi, in folio XIX*[b]*. signum quaternionis tertii.*

Ut accurate a viris doctis cognosci posset, quid etiamnunc exstet in codice Taurinensi, necesse fuit verbotenus ea, quae ipse legi, sub textu typis exprimere. Quod cum per rationes, quas in hac editione sequi iussus sum, facere mihi non liceret, utile mihi visum est hic quidem duas codicis paginas ita, ut a me lectae sunt, typis mandare. Huic rei maxime idoneas esse paginas XLI c. et d. arbitratus sum. Nam carmen, quod ibi legitur, ab Angelo Maio et Carolo Muellero, quippe qui solo codice Ambrosiano uterentur, ita editum est, ut abundaret vitiis gravissimis. Quorum pars maxima codicis Taurinensis ope tolli potuit, nisi folium sucis Peyroni horribilem in modum pessum datum esset. Legi igitur haec:

fol. XLI[c]. mortalibus de f escium quibꝫ
que tis fa a clau s quippe
? ? ?
homulli non videt varia q d haec reformet
perpes eviternitas. Nam si facessat casuu
scientia laeta est omnis ignoratio
Quare id potatu t commodissimum
Si ergo his quaequae s instruere ut praes
cias tu mam lebatus nostra praepotentia
quaecunque gens sit obvia sternes manu
tuncque haec revises animo liber artubus
urbs vero quam nunc regis mundi dedecus
nitore surgit cunctis exoptabilis saeclis
viris temporum recursibus. Unaquae
semper luta bea tudine quens deo
rum te is atque que vin
cens c um conc dia vitae
letum capit
cuna quip
pe ipse coeptis praesul civicis inter
minatis saeculo⸗ cursibs fundata (macula in membrana) quod
sit tellus hisce legibus rides se reno

fol. XLI[d].

vel choru tri solum son
tibus iam libera tur blandius spi
rantibus ne um seu vis ulla de
monum exim roso numine est
namque tantibus tellu
ris huius cere famemque
nosse etu tractus
lunar enim facessen
?
tista chis omnium porroges multi
genarum gentium hono divum summo cul
tu exambient astris re tum caelitu
quae congregem quorum quente cultu
sis beatior tuos que pr tes Numine
augustissimo haec qu sedes corpo
ris est caelum tuo nu quis simen
te bibula percipe nom nostrum his
ce numeris collige a primum bis c
tenate littera unum num
Et centum dehinc unumque tunc
quater viginti sint decemque iuxtim
(macula in membrana) ea quae sit novissima quae prima.

Vel ex hoc specimine cognoscere licet librum neglegenter scriptum multisque mendis verba scriptoris a librario foedata esse. Modo singulae litterae, modo tota verba omissa sunt aliisque erroribus textus depravatus est. Sed ubicunque in codice Taurinensi vitia reperiuntur, ea semper neglegentia librarii orta sunt, numquam studio eius, qui cum in archetypo falsam lectionem cognovisse sibi visus esset, eam suo ingenio fretus emendare conaretur. Frustra igitur in hoc codice interpolationes quaesiveris. Neque raro menda correcta sunt; quod utrum ab ipso librario an ab alio quodam — paulo postquam liber exaratus est — factum sit, indagare non potui. Hoc constat, quisquis fuit ille corrector, eum non suo Marte, sed exemplari vetere adscito librum emendasse. Restitit tamen haud parvus numerus vitiorum.

Quod ad orthographiam pertinet, codex abundat vitiis eis, quibus libri temporibus illis scripti non carere solent. Commutatae sunt inter se litterae *v* et *b*, *u* et *o*, *e* et *i*, *c* et *g*; aspiratio modo falso addita, modo neglecta est. Haec aliaque eiusmodi librario tribuenda sunt. Sed quod in verbis compositis plerumque formae non assimilatae leguntur, in eo mihi videor ipsius auctoris usum scribendi deprehendisse atque ob hanc causam in editione mea, quaecunque verba in codice Taurinensi forma non assimilata scripta inveni, eorum omnium hanc formam restitui eis quoque locis, quibus codicis Taurinensis testimonio destituebar, praesertim cum etiam in ceteris codicibus saepissime dissolutae illae formae legantur. Itaque scripsi: *adcola*, *adclamatio*, *adfectus*, *adficere*, *adfigere*, *adflictus*, *adfluere*, *adfuerit*, *adgredi*, *adloqui*, *adloquium*, *adnuere*, *adpetere*, *adprehendere*, *adpellere* (sed *appellare*), *adrogantia*, *adsolere*, *adserere*, *adtemptare*, *adtrectare*, *conlocare*, *conloquium*, *inritatus*, *inruere*, *inrumpere*, *obfirmatus*, *subfragari*, *subfragium*, *subficere*, *subfigere*, *subpetiari*. In ea re tamen a codice Taurinensi discessi, quod litteram *n*, cum ante litteras *b*, *m*, *p* legebatur, semper in *m* mutavi.

Cum fragmenta tantum codicis a me legi possent, recurrendum erat ad ea, quae ab Angelo Maio ex schedis a Peyrone ei transmissis publici iuris facta sunt. Ac primum quidem Maius in editione altera ab ipso curata (Rom. 1835, Auct. Class. Tom. VII) ad capita libri primi 10—22 et ad capita libri secundi 34—36 lectiones quasdam ex codice Taurinensi adnotavit, multo plures in textum recepit nullo addito verbo. Quarum quae ad librum primum pertinent, eas sumpsisse videtur ex iis, quae Peyron ex codice Taurinensi et ab ipso et ab aliis transscripta Maio miserat. Haec nunc deperiisse videntur. Lectiones

in librum secundum receptas Maius sumpsit ex collatione quorundam capitum a Peyrone ipso facta, quae etiamnunc in schedis a Maio relictis (Cod. Vat. Lat. 9560, fol. 115) exstat. Inde Augustus Mau, vir doctissimus, precibus meis motus eam benignissime accuratissimeque in usum meum transscripsit. Pertinent lectiones huius collationis ad capita 30—37 libri secundi (p. 102, 8—108, 10). Plura edidit Maius postea in Spicilegii Romani Tomo VIII (Rom. 1842). Ibi enim integra capita fere sex (I, 7—10 = p. 12, 29—20, 24; II, 28—29 = p. 96, 14—99, 4), sive ab ipso Peyrone sive a Costa et Vernazza ex codice Taurinensi transscripta, publici iuris fecit. Horum capitum nonnullos locos ut cum ipso codice compararem, mihi contigit. Inde cognovi eos, qui illa transscripserant, non semper satis accurate legisse. Velut. p. 14, 11 Maius exhibet: *oblectabit is lanium,* ego legi in codice: *obiectabitur laniae;* 14, 15 Maius: *fit,* ipse: *fiet;* 15, 28 Maius: *et his dictis anima,* ipse: *et in his dictis animam;* 17, 13 Maius: *probata vis tutela,* ipse: *probat aristoteles.* 20, 15 Maius omittit *sibi Pisas,* quae leguntur in codice. Itaque cum caute iis, quae a Maio ex codice Taurinensi edita sunt, utendum sit, lectiones, quas illi debeo, in notis meis significavi sigla *T*; eis, quae ipse oculis meis in codice rescripto cognovi, audacius siglam **T** adscripsi.

2) **Codex Ambrosianus** P. 49. sup. (*A*) membranaceus, formae quadratae, saeculo decimo vel nono scriptus, a me collatus anno 1885 atque in notis editionis sigla *A* significatus. Huius codicis descriptionem optimam invenies in Volkmanni editione Itinerarii Alexandri (Naumburg 1871, p. I sq.), unde pauca in usum meum convertere liceat. 'Codex Avenione Mediolanum delatus, id quod testatur codicis inscriptio manu Olgiati, primi Ambrosianae bibliothecae antistitis, anno MDCV in fronte libri exarata („Avenione vehendum curavimus"), continet Iulii Valerii libros de rebus gestis Alexandri et Itinerarium

Alexandri, illos in fronte mutilos, hoc in fine. Olim complectebatur plus undecim quaterniones, quorum qui reliqui sunt novem — nam perierunt primus et quintus et quae undecimum excipiebant folia admodum pauca — iustum octonorum foliorum numerum complent, imo margine suo quisque numero signati, nisi quod quartus non octo est sed novem foliorum, de industria a librario in eam compagem auctus, ut Iulii Valerii liber primus ipso quaternionis limite terminaretur, et decimus septem tantummodo foliis constat, octavo folio ab ipso scriba resecto. Atque incipit Iulius Valerius a primi libri verbis *ad votum proclivitas fiat. Neque enim improbo* et q. s. (p. 20, 24) et continuatur ad usque codicis paginam CVIII, ut quaterniones complectatur II—IIII, VI—VIIII, fol. 5 med., ubi finem faciunt verba *alexandriae sacratissimum habent.* EXPLICIT OBITVS ALEXANDRI · INCIPIT ITINERARIVM EIVSDEM. Sequitur igitur Itinerarium etc.' Addendum est partem alteram codicis, qui continet Quat. VI—XI ab alio librario ac multo neglegentius scriptam esse, quam partem priorem. Codex partim ab ipso librario inter scribendum, partim a correctore quodam eodem saeculo plurimis locis emendatus est. Neque videtur corrector exemplari ad menda tollenda usus esse; nam fere semper ea, quae per errorem aut incuriam librarii vitiose scripta erant, ita mutavit, ut longe de scriptoris verbis discederet.

3) **Codex Parisinus** Lat. Nr. 4880 (*P*), antea bibliothecae Colbertinae, membranaceus, fol., saeculo XIII duabus columnis linearum 55—57 exaratus, a me aestate anni 1887 collatus. Continet fol. 1—48^{v} Orosium; in folio 48^{b} incipit Iordanis historia. Quaterniones VII et VIII continentes fol. 49—64, qui nescio quo casu a libro separati sunt, Letronnius repperit in codice Parisin. Lat. 5873, ubi etiamnunc exstant. Desunt tamen quaternionis octavi folia tria, scilicet folia 61, 62, 63, quae continebant Iordanis finem et

Iulii Valerii initium. In folio 64 igitur incipit Iulius Valerius a verbis *in id, quod cupiverant commeatus* (p. 6, 27 nostrae editionis); finitur folium 64 verbis *Nam et nox* (p. 16, 2). Sequitur folium 65 codicis 4880, in quo Iulii Valerii historia legitur usque ad fol. 80^{r}; deinde sequitur Alexandri epistola ad Aristotelem de itinere suo et alia. Desunt igitur vel assumpto ex codice 5873 folio 64 capita I—VII libri primi Iulii Valerii, quae quod quidem sciamus non servantur nisi in codice Taurinensi.

Codex Parisinus, quamquam Ambrosiano aetate inferior est, tamen indole eum aequat. Nam etsi magnas partes, velut totam descriptionem oppidi Alexandriae vel fere dimidiam partem epistolae ab Alexandro ad Aristotelem scriptae multaque alia omittit aliena autem, velut capita quaedam Iosephi et Orosii interponit, tamen haud raro genuinam lectionem servavit. Nimirum ne ipse quidem corruptelis caret. Sed quoniam eis locis, quibus lectio codicis Taurinensis servata est, saepissime cum Taurinensi contra auctoritatem codicis Ambrosiani congruit, eum ex fonte puro derivatum esse patet. Unde efficitur, ut etiam eis locis, quibus codicis Taurinensis testimonium desideratur, cum Ambrosianus et Parisinus inter se certent, diligenter ponderandum sit, utri palma detur. Necessarium igitur mihi visum est, in apparatu critico omnes horum trium codicum, Taurinensis, Ambrosiani, Parisini, lectiones adnotare.

His adiunxi, ne quid neglexisse arguerer, initio libri tertii lectiones

4) Foliorum duorum **codicis Basileensis** (*B*) saec. XI scripti, nunc deperditi. Haec a Wackernagelio reperta atque in Diarii philologiae Germanicae tomo primo (1869, p. 119—122) descripta sunt. Continent finem capitis ultimi libri II et capita 1—3, 11—14 libri III.

5) Saepe ad constituendum textum Iulii Valerii

usui mihi erat **Epitoma** a Iulio Zachero accurate edita Halis 1867. Pleniorem Epitomae formam exhibet **Codex Oxoniensis** Corp. Christ. Coll. Nr. 82 saec. XII fol., quo Zacher usus non est. Ipse quoque ea tantum, quae Volkmannus in 'Adnotationibus criticis in Iulium Valerium' (Portae 1882) et Meyer in libro supra citato (Alexandre le Grand dans la littérature du moyen âge) inde protulerunt, in usum meum convertere potui. Unde cum cognoverim codicem Oxoniensem ad librum Iulii Valerii emendandum multum conferre, valde doleo, quod mihi ipsum codicem adire non licuit.

Editiones Iulii Valerii adhuc prodierunt tres. Ac primum quidem eum Angelus Maius Mediolani anno 1817 edidit, uno codice Ambrosiano usus. Haec editio iterata est Francofurti ad Moenum anno 1818 et Venetiis 1852, nisi forte is, qui hanc iterationem curavit, usus est altera Mai editione. Haec prodiit Romae 1835 atque in ea lacunae, quae initio libri primi et in medio libro secundo hiabant, ex Epitomae codicibus nonnullis Vaticanis expletae multique loci ope schedarum Taurinensium, quas Maius olim a Peyrone acceperat, emendati sunt. Tertiam editionem Iulii Valerii curavit C. Mueller sub textu Pseudo-Callisthenis vel potius Aesopi, quem addidit Arriano a Duebnero edito Parisiis apud Firminum Didot anno 1847. Qui cum uteretur codice Parisino, lacunam secundi libri totam, lacunae primi libri magnam partem explevit; quae etiamtum initio libri primi desiderabantur, ipse quoque ex Epitoma supplevit.

Emendando Iulio Valerio operam dederunt *Geyer* in Zimmermanni Diario Antiquitatis 1838, p. 419 sq., *Berger de Xivrey*, qui (in Notices et Extraits des Manuscr. de la Bibl. roy. Tom. XIII) capita aliquot libri primi ex codice Parisino edidit, *Haasius* in Miscellaneorum philologicorum libro secundo Vratislav. 1858, *Klugius* in dissertatione de Itinerario Alexan-

dri M. scripta Vratislav. 1861, *Baehrens* in Fleckeis. Annalibus 1872, p. 636, *Eberhard* in libro ab amicis Crecelio dedicato Elberf. 1881, *Volkmannus* in adnotationibus in Iulium Valerium criticis Portae 1882, *Landgrafius* in docta dissertatione Diario Gymnasiorum Austriacorum inserta 1882, p. 433 sq., *Boysenus* in Philologo 1883, p. 308, *Rönsch* in Diar. Gymn. Austriac. 1883, p. 896 sq., ipse in Hermae Berolinensis tomo XXII (1887). Multas emendationes in usum meum contulerunt *Bruno Keil* et *Fridericus Schlee*, qui amicissimi in plagulis quoque corrigendis strenuam operam mihi praestiterunt.

Addidi Iulio Valerio **Collationem Alexandri cum Dindimo, rege Bragmanorum, per litteras factam** et **Epistolam Alexandri ad Aristotelem, magistrum suum, de itinere suo et de situ Indiae,** quo facilior aditus philologis pateret ad haec scripta, quorum editiones rarae sunt. Ea, sicut Iulium Valerium, ipsa quoque ex fonte Graeco translata esse, propterea conieci, quod in codice Bambergensi E. III. 14 altera eorum forma Latina, saeculo X in Campania orta conservatur, quae quod ad res spectat, illis persimilis, verbis valde ab eis discrepans, nullo modo ab eis pendere potest. De hac re copiosius egi in Vollmoelleri Studiis Romanis (1888, p. 203 sq.), ubi epistolas e codice Bambergensi edidi.

Atque ad Collationem Alexandri cum Dindimo recensendam instrumenta mihi praesto fuerunt haec:

L. = Codex Leidensis. Ms. lat. Vossii Q. 20. membr. saec. IX., neglegenter scriptus.

P. = Codex Parisinus Lat. 17569. membr. 4°. saec. XII. duabus columnis scriptus.

V. = Codex Vindobonensis 150, olim Univers. 863 apud Endlicherum Nr. CXCVI; membr. saec. XIII, si fidem Endlichero habere licet; is codex, qui solam primam Dindimi responsionem continet, quamquam e bono archetypo descriptus est, tamen textum multis librarii interpolationibus foedatum exhibet.

B. = Editio Bissaei: Palladius de gentibus Indiae et Bragmanibus etc. in lucem protulit ex biblioth. reg. Edoardus Bissaeus, Londini 1688. 4°. p. 85—103. Quo libro manuscripto usus sit Bissaeus, nescio; haud magni pretii eum fuisse facile quivis intelleget, qui paucas editionis Bissaei paginas legerit.

R. = Editio Frobeni: B. Flacci Albini seu Alcuini Opera omnia ed. Froben, Abbas Sancti Emmerani Ratisbonensis. Ratisbon. 1770, Tom. II, p. 597 sq. = Migne, Patrol. Tom. 101, p. 1359 sq. Codice usus est Frobenus Millstadtensi eoque optimo; quem quamquam ipse non vidi — ac ne scio quidem, num etiamnunc in oppido Millstadt exsistat — tamen permultas eius lectiones optimas ex editione Frobeniana cognovi atque in textum recepi. Attribuit editioni Frobenianae vir doctus Rieberer aliquot emendationes haud spernendas, quas suo loco commemoravi.

In codice Millstadtensi subscripti sunt hi versus:

Gens bragmana quidem miris quae moribus extat
Hic legitur, lector mente fidem videat.
Hic Pauli et Senecae breviter responsa leguntur,
Quaenam notavit nomine quisque suo;
Quae tibi, Magne, decus mundi, et clarissime Caesar,
Albinus misit, munera parva, tuus.

Miserat igitur Alcuinus Carolo Magno epistolas, quas et Alexander Dindimusque et Seneca Paulusque

inter se scripsisse ferebantur. Unde si nihil aliud, hoc certe apparet Alexandri cum Dindimo collationem ante saeculum nonum scriptam esse.

Pleniorem apparatum adhibui in verbis Epistolae Alexandri ad Aristotelem scriptae constituendis; octo enim codices contuli, plures inspexi. Atque collati quidem sunt a me hi:

L. = Codex Leidensis Vossianus Q. 20 membr., saec. IX, olim forte Adriani e Riccobiis, postea Is. Vossii Nr. 204. (cf. Waitz in Pertzii Archivii nova serie Tom. VII (1882) p. 309; Zacher, Iul. Val. Epit. p. V.)

B. = Codex Parisinus Lat. 8518. membr. 8°. saec. X continens p. 1—62 Epitomam Iulii Valerii, p. 63—96 Epistolam Alexandri ad Aristotelem, cf. Berger de Xivrey, Notices et Extraits des Manuscr. Tom. XIII. Paris 1838, p. 209 sq.

G. = Codex Guelferbytanus Ms. Aug. 56. 16. 8°. membr. saec. X. cf. Zacher, Iul. Val. Epit. p. VIII.

M. = Codex Leidensis Vossianus Latinus Q. 29 membr. saec. X, olim bibliothecae Melchis. Thevenot, postea Is. Vossii 179. (cf. Pertz Archiv. VII, 137; Zacher, Iul. Val. Epit. p. VI.)

H. = Codex Leidensis Biblioth. Publ. Latin. Nr. 20. fol. membr. binis columnis saec. XII scriptus, olim Bibliothecae Benedictinorum, quae erat in monasterio Normandiae Beccensi. cf. Pertzium in Archivii Tom. VII, p. 133 et Waitzium in eiusdem Archivii nova serie Tom. VII (1882) p. 385. Ravaisson, Rapport au Ministre de l'Instr. Publ. sur les bibliothèques des dép. de l'ouest Par. 1843 'Tituli librorum Beccensis Almarii' p. 385; Zacher, Serapeum 1843, p. 30 et 44; Iul. Val. Epit. p. VIII; Delisle, Acad. d. Inscript. 12 Sept. 1879 et Mélanges d. paléogr. et de bibliogr. Par. 1880.

V. = Codex Vindobonensis 150, olim Univers. 863. apud Endlicherum Nr. CXCVI. membr. 4°. saec. XIII (?).

C. = Codex Parisinus Lat. 17569 membr. fol. duobus columnis saec. XII scriptus.

P. = Codex Parisinus Lat. 4880, de quo supra (p. XXIII) copiosius egimus.

Codices *L*, *B*, *G*, *M* ex eodem archetypo descripti sunt nunc deperdito, ut videtur, quem nota ω significavi. Is textum exhibebat interpolationibus liberum, sed permultis locis mutilum misereque corruptum. Ex hoc qui codices *L*, *B*, *G*, *M* transscripserunt, nihil mutare vel emendare ausi sunt ac ne intellexisse quidem videntur, quae scribebant. Quare qui textum constituendum susceperit, ad hos potissimum libros velut ad fontes limo coniecturarum non turbatos semper recurret. Ex eodem archetypo ω vel ex codice huius persimili libri manuscripti, quos signis *H* et *V* notavimus, fluxerunt. Sed horum codicum librarii suo Marte saepissime textum restituere studuerunt[1]). Quaecunque igitur apud eos aliter atque in codicibus *L*, *B*, *G*, *M* scripta leguntur, pro coniecturis, non pro testimoniis habenda sunt. Codex *C*

1) De librario codicis *H*, qui multo audacius egit, quam librarius codicis *V*, optime Zacher disseruit in editione Epitomae Iulii Valerii p. X: Der schreiber von *B* (nobis *H*) stand, der in Bec herschenden gelehrsamkeit entsprechend, an kentnis und geschmack weit über der niedrigen stufe seiner vorlage, und hat demzufolge den text ziemlich oft, und meist auch ganz geschickt verändert und wirklich verbessert; doch darf der herausgeber ihm nur sehr vorsichtig folgen, da er den text meist correcter und eleganter gestaltet hat, als der verfasser selbst vermocht und beabsichtigt hatte.

haud raro a ceteris libris manuscriptis discrepat, ut ex alio fonte atque illi fluxisse videatur. Neque enim lectiones eius interpolatoris manum olent. Sed cum liber, ex quo transscriptus est, neque aetate neque indole archetypum ω aequet, ipse quoque minoris habendus est, quam codices *L*, *B*, *G*, *M*. Nihilominus eo saepe usi sumus, ut aliorum librorum menda tolleremus, lacunas expleremus. Codex *P*, si non ex ipso codice *C*, cum quo plerumque consentit, attamen ex eius archetypo vel ex libro de hoc pendente transscriptus est; aliquotiens librarius codicis illius suo ingenio fretus lectionem corruptam sanare conatus est. Huius lectiones nisi ad textum emendandum vel constituendum aliquid facere viderentur, non adnotavi.

Editiones epistolae ab Alexandro ad Aristotelem scriptae mihi innotuerunt hae:

1) Venetiis 1499.

2) Editio Basileensis Curtii Rufi historiae addita apud Henrichum Petri MDLVI.

3) Lugduni Batavorum MDLXXIII, coniuncta cum Curtio Rufo edito a Christophoro Bruno.

4) Alexandri Magni epistola de situ Indiae et itinerum in ea varietate ad Aristotelem praeceptorem suum perscripta ex interpretatione Cornelii Nepotis. Nunc denuo recensuit et animadversiones novas hinc inde inspersit Andreas Paulini. Gissae 1706. 8°.

5) Narratiunculae anglice conscriptae, de pergamenis exscribebat, notis illustrabat, eruditis copiam faciebat T. Oswaldus Cockayne, M. A. Cantab. London 1861. 8°. In paginis 51—62 huius libri legitur Epistola Alexandri edita ex codice Musei Britannici Cott. Nero D. VIII, qui ex codice a nobis *H* significato fluxisse videtur.

Harum editionum quas inspexi, Basileensis, Gissensis, Londinensis nullius fere pretii sunt. Ad constituendum textum Epistolae Alexandri, opus laborum Herculeorum haud dissimile, cum vires meas nisi socium adiunxissem, suppetituras esse desperarem, Fridericus Schlee amicus arma mecum coniunxit; sed saepe frustra sudavimus multaque restant loca mendosa multaeque difficultates, quibus in superandis alii quid valeant ostendant.

Restat ut omnibus eis, qui me in opere conficiendo adiuverunt, gratias agam quam maximas, imprimis iis, qui mihi aditum librorum manuscriptorum benigne fecerunt, viris doctissimis Mommseno Berolinensi, Ceriani Mediolanensi, Gorresio, Iosepho Mueller Taurinensibus, Du Rieu, De Vries Batavis, Omont Parisino, de Heinemann Guelferbytano, Leitschuh Bambergensi.



CONSPECTUS NOTARUM.

T. = lectiones codicis rescripti Taurinensis, quas ex Angeli Mai editionibus sumpsi.

T. = lectiones codicis Taurinensis, quas ipse ex hoc libro manuscripto erui.

A. = Codex Ambrosianus P. sup. 49. membr. saec. IX.

P. = Codex Parisinus Lat. 4880 membr. saec. XIII.

B. = Codex Basileensis membr. saec. XI.

O. = Epitomae Codex Oxoniensis Corp. Christ. Coll. Nr. 82. saec. XII.

Mai. = Mai editio prima, Mediolani 1817.

Mai^2. = Mai editio altera, Romae 1837.

Berg. = Berger de Xivrey (Notices et Extraits des Manuscr. de la Biblioth. roy. Tom. XIII.).

Mr. = Muelleri Editio Paris. 1847.

Capitum numeri congruunt cum Mai editione altera et cum Zacheri Epitoma; in margine dextro numeri additi sunt editionis a Maio curatae prioris signis, quae arabica vocant, editionis Muelleri signis Romanis. Libri primi caput primum et initium capitis secundi supplevi ex Epitoma a Zachero edita.

LIBER PRIMUS

QUI EST

ORTUS ALEXANDRI.

1. *Aegyptii sapientes sati genere divino primi feruntur permensique sunt terram ingenii pervicacia et ambitum coeli stellarum numero assecuti. Quorum omnium Nectanabus prudentissimus fuisse comprobatur, quippe qui quod alii armis, ille ore potuisse convincitur. Denique mundialia elementa ei parebant, adeo ut, si metus bellicus illi immineret, non exercitum, non machinamenta martia moveret: quin potius ingressus aulae penita regiaeque secreta ibi se solitarium abdebat invecta secum pelvi. Quam dum ex fonte liquidissimo impleret, ex cera imitabatur navigii similitudinem effigiesque hominum illic collocabat. Quae omnia cum supernare coepissent, mox moveri ac vivere visebantur. Adhibebat etiam et virgulam ex ligno ebeni et praecantamina loquebatur, quibus vocaret deos superos inferosque, sicque laborabat pelvi naviculam submergi. Ex quo fiebat, ut simul cum submersione illius cerae et cereis insessoribus etiam omnes hostes, si qui adesse praenuntiabantur, pelago mergerentur. Itaque multo tempore regno ac securitate potitus est. Quodam igitur* II. *tempore nuntiatum est ei multas adversus eum gentes una conspiratione atque eadem voluntate consurrexisse, scilicet Indos, Arabes Phoenicesque, Parthos et Assyrios, nec non et Scythas, Alanos, Oxydracontas, Seres atque Caucones, Hiberos, Agriophagos, Eunomitas et quaecunque sunt orientis barbarae gentes. Quibus ille auditis plausum dans manibus magno risu dissolutus est.*

2. *Igitur ad consuetam artis confugit peritiam et* III.
more solito adhibuit sibi pelvem atque omnia alia instrumenta. Quibus intellexit se vincendum atque ab hostibus capiendum, nisi fugae consuleret. Mox autem raso capite et barba collectisque omnibus quae sibi erant pretiosarum opum, adpulit Macedoniae. Ibique amictus veste linea, astrologum se professus, vim peritiae suae cum magna admiratione commendabat.

Ergo iam longe celebratior apud Macedones Nec- IV.
tanabus erat, ut fama eius ne Olympiadam quidem reginam *lateret. Coepitque* consulere peritiam viri absente tunc coniuge. Nam Philippus bello forte tunc aberat. Igitur ingredi iussus vel ad primam Olympiadis visionem miratione formae eius Nectanabus ita *mo*tus est, ut amori mulieris dederetur, quod eum ferme ex corporis intemperie facile erat his voluptatibus vinci. Ingressus tamen protenta manu reginam havere iubet, non dominae eam appellatione dignatus, qui se olim dominum fuisse meminisset. Resalutato igitur ac sedere iusso 'Tune,' inquit, 'ille es Nectanabus matheseos sciens? Nam quisque te consuluerit, veridicentiae tuae non refragatur. Dic ergo, quanam usus peritia adeo veri amicus cluis.' Ad id respondit: 'Multifida quidem est, o regina, ista haec nostra vaticinandi scientia, neque est in tempore omnium meminisse. Nam et interpretes somniorum et astrici, quibus omnis divinandi ratio reseratur, et multa sunt praeter haec nomina, quibus uti ad praescientiam solemus.'

3. His dictis cum acrius in vultum reginae in-

2. 9 *A verbis* longe celebratior *incipiunt ea, quae legi in codice rescripto Taurinensi.* 11 lateret. Coepitque *supplevi ex Epitoma.* 13 vel] ed **T.** 15 motus] *legi tantummodo* — tus. eum]? 17 reginam havere] regina habere **T.** 18 appellatione dignatus] appellationem dignatus ē **T.** 25 in tempore **T.** in tempore uno *Epit.*

3. 30 acrius] agrius **T.**

tueretur, Olympias refert: 'Quid ita defigeris, o propheta, ubi iam me intueris?' At ille: 'Recordor enim nunc demum oraculi eius, quod apud Aegyptum a diis acceperam, oportere me reginae vera praedicere percunctanti. Quare consule super cupitis.' Et cum verbis tabulas promit, quas peritiae huiusce docti pinacam nominaverunt, *opus* adeo fabre absolutum, ut artifex manus certasse putaretur cum bino eloquentiae testimonio. Auro enim et ebore variatum pretium sui cum operis admiratione contenderat. Tum promit etiam septem quas *roga*ret stellas et horoscopum pariter, quibus singulis sui metalli species erat. Iovem enim viseres aereo lapide nuncupatum, Solem crystallo, Lunam adamante, Martem dici sub lapide ematite; sed Mercurius ex smaragdo fuit, Venus vero sapphiria, Saturnus in ophite, tum horoscopus lygdinus. Exinde mirans Olympias pinacis illius opulentiam stellarumque mirabilem varietatem propter sessitans iubet omne facessere famulitium, qui aderant sibi ex ministerio regali, *ut arcanum sermonem tuto committeret,* et ait: 'O tu, quaeso, intuere meam et Philippi congruentiam; nam multa fama est, quod, si adfuerit ex hostico, abiecta me velit in alteram transiugari.' Ad haec ille: 'Quin ergo deprome vel tuam vel Philippi genituram.' Quod cum illa fecisset, Nectanabus statim suam quoque adhibet constellationem exploraturus, an illa cum Olympiadis genitura conveniret voluntatisque potiretur. Quod cum fore deprehendisset, hinc orsus est: 'Non vana,' inquit, 'ista ad te fama pervenit, sed enim vera est. Ego tamen ac si prophetes ex Aegypto opitulabor,

6 nominaberunt **T.** 7 opus *addidi.* 9 bariatum **T.** sui? suo? **T.** 11 quas rogaret *scripsi.* quae...ret **T.** *quinque fere litteras legere non poteram.* 13 ereo **T.** 16 ofite **T.** lygdinus *Epit.* lignus **T.** 18 facessere. *cf. Serg. Explanat. in Donat. II (K. G. L. IV p. 577).* 19 ut arcanum — committeret *om.* **T.**, *supplevi ex Codice Oxoniensi, auctore Volkmanno. (In Iul. Val. Adnot. crit.)*

ut queam, ne quid de divortio formidaveris. Quod etsi foret, vindex facto non deesset.' 'Quanam,' inquit Olympias, 'id facultate?' 'Quod enim,' Nectanabus refert, 'fatale tibi est secundum hanc, quam video, genituram misceri deo eque isto gravidam filium nutricaturam ultorem omnium, si quae in te Philippus audebit.' Tum illa: 'Et cuinam,' inquit, 'deo ad torum debeor?' Respondit: 'Ammoni Libyco. Is autem est fluvius.' *De* aetate, qua visitur, *quaerit.* Iuvenem esse renuntiat. De facie sciscitatur et cultu. Canum caesarie dicit et ore praelepidum, temporibus tamen atque fronte arietis cornibus asperatum. 'Quare,' inquit, 'paraveris te, velut feminis mos est et reginae decorum est, ad huiuscemodi nuptias. Videbis enim et somnium et in somnio nuptias tibi futuras esse cum deo.' Ad haec illa: 'Ego,' inquit, 'somnium *si* somniabo, non iam te ut mago utar, enimvero dei honore venerabor.'

4. Progressus inde Nectanabus neque oppertus in V.
(*tempus*) longum herbas ex scientia quaerit ad somniorum imperia necessarias. Quibus carptis atque in sucum pressis effigiat ex cera corpusculum feminae eique nomen reginae cum adscripsisset, lectulum eidem fabricatur, cui illa effigies supraponitur iuxtaque lucernis incensis sucum herbarum potentium superfundit carmenque dicit efficax et secretum, quo effectum est, ut quidquid ille simulamini cereo loquebatur, id omne fieri sibi regina sit opinata per somnium. Videt enim se *in* complexibus dei, quos fore cum Ammone dixerat, postque complexus deum sibi loquentem audierat, factam se et utero gravem et edituram vindicem filium. Surgit ergo de lectulo et admirata somnii maiestatem VI.

2 facto] fato **T.** 9 De *addidi.* quaerit *addidi.* 11 tamen] toment **T.** 16 si *addidi ex Epitoma.* 17 honorem **T.**
4. 19 tempus *addidi. quinque ferme litteras non legi in* **T.** 28 in *supplevi ex Epit., om.* **T.** 29 complexus *Epit.* complexibus **T.** 31 somni magistatem **T.**

hominem ad sese vocat et 'Ecce,' inquit, 'promissum somnium vidi. Nam et deus erat et agebat mecum nuptiae secretum. Igitur curam quaeso suscipias, quando id effectum compleatur quandoque me deus iste dignetur, ut ego quoque iugalibus me et sponso iam praeparem.' Ad haec Nectanabus: 'Hoc quidem,' inquit, 'o domina, quod vidisti, *verum* est somnium. Aderit tamen ipse etiam ad te deus. Sed censeo mihi secessum istic iuxta tuum cubiculum dari, ut iuste procurem, ne quis tibi metus sit sub adventu huius numinis.' Probat id promissi regina et vicinum cubiculo suo secessum mago tribuit et 'Si,' inquit, 'harumce nuptiarum cepero experimentum conceptuque sim potita, honor regalis tibi a regina non deerit, inque te patris adfectum fore mihi iam spes promittit.' Tum addidit ille: 'Praecursor tibi,' inquit, 'dei mox aderit. Nam sedenti superveniet draco clementius reptabundus. Enim tu eo viso omnis, qui adsint, abire *iubeto* de medio, nec tamen quaecunque aderunt exstinxeris lumina, sed cum te lectulo conlocaris, opertum quidem vultum ad verecundiam texeris velamine, tamen limis explora vultus illos, quos iam somno praevidisti, ut si is erit.'

Insequenti igitur die et locus mago destinatur et VII.
ille quaevis ex arte opportuna providit, vellus scilicet arietis quam mollissimum una cum cornibus sceptrumque et amictum admodum candidum. Quo superiecto efficit scientia draconem sibi veluti mansuetum et innoxie gradientem vesperaque adventan*tem* eum *facit* *

6 praeparem] *legi tantum* p̄par. 7 verum *suppl. ex Epit.* 8 censeo mihi secessum istic *scripsi;* tenseo (?) mihi e͞e sum (fum?) sit hic, *verbo sex vel septem litterarum, quod legere non potui* (secessū?), *superscripto super mihi e͞e* **T.** 11 promissi **T.** promissive? 13 harumce *scripsi.* harum me **T.** 15 patri **T.** 18 abire iubeto *scripsi.* abiere **T.** 21 velamine *scripsi.* lumine **T.** 25 ille *scripsi.* illa **T.** providit *Epit.* praevidit **T.** 28 innoxiae gredientem vesperaque adventant **T.** 29 facit *scripsi; quod erat in* **T.**, *legere non potui.*

* adventante eum misit ?

ut praecursorem. Et is intrat ad femin*am*. Quo viso illa mox horridula prae metu disicit quosque praesentes, ipsa vero secundum monitum dat sese lectulo et obnupta vultu solo oculo ad superventum opinati dei curiose *intendebat* viditque illum, quem somno ante praeceperat. At ille sceptro deposito conscensoque lectulo nuptias agit eximque utero eius superiecta manu, 'Habes,' inquit, 'o mulier ex nobis haec invicta et insubiugabilia foedera. Quippe gaudeto te gravidam ex filio, quo vindice et universi orbis domino laetare.' His ita dictis sceptroque recepto conclave exit. Sed mane iam luciscente mulier alacrior laetitia ut potita dei cubiculum Nectanabi inrumpit. Is e somno excitatus ut nescius rei causam quaerit adventus. Tum illa 'Facta,' inquit, 'sunt omnia, quae promiseras.' Et ille sese gaudere professus est. Rursus mulier 'Ergone,' inquit, 'ultra adesse dignabitur? Nam est mihi etiam amor ad nuptias tales. Id enim mihi sensus coniux coniugi dedit. Nunc tamen metuo, ut ista cessaverint.' Tum magus gaudens, quod amorem sui mulier testaretur in hoc verbo, ait ad reginam: 'Huiusce dei minister ego sum, et cum voles talis mariti conventum, secretum quoque praesta sollemne mihique dicito, ut purgatione sacricula procurem, quo ad te rursus adveniat.' Tum ergo illa deversorium solitum Nectanabo promittit et claves cubiculi mago dari iubet; ex quo promptior illis erat in id, quod cupiverant, commeatus, sub opinione tamen Ammonis dei.

Sed iam alvo et lateribus excrescentibus 'Quidnam,' inquit, 'o propheta, mihi fiet, quidve nunc opus facto est, si adveniens Philippus cum isto me onere

1 ut *scripsi.* et **T.** Et his **T.** 2 disicit *scripsi.* discit **T.** 5 intendebat *Epit., om.* **T.** 10 dominio **T.** 11 laetare **T.** laetabere? 13 Is] His **T.** 20 cessaverint] celaverio *vel* calaverio *videtur esse in* **T.** 27 *Inde a verbis* 'in id quod cupiverant *etc.' incipit folium, quod erat olim codicis Parisini 4880, nunc exstat in codice Par. 5873.* 30 mihi *Mr.* me **T.** *P.*

deprehendat?' 'Ne metueris,' ille respondit, 'opitulabitur enim Ammon ei vitio, quod suasit, eumque per somnium super facto docebit, ne quid tibi iste succenseat, quod sciat deos omnium potentes esse.' In hunc igitur modum Olympias magicis artibus ducebatur.

VIII. Sed Nectanabus sibi sacrum accipitrem parat eumque secretius monet ire ad Philippum et loqui, quae ipse mandaverat. Pergitque ire ales, ut iussum est, per terras et mare Philippumque per noctem adsistens mandatis opinionibus complet. Quippe territus somnio evocatoque rex somniorum interprete sic ait: 'Vidi,' inquit, 'per quietem deum quendam, facie formosum et canitie caesariatum capitis et genae, arietis tamen cornibus insignitum, supervenisse Olympiadi coniugi meae seque illi nuptiis miscuisse.' Quibus patratis haec etiam verba addiderat: 'Excepisti,' inquit, 'o mulier, marem filium, qui adserat te et patris ultor esse laudetur.' Tum mulieris virginal biblo contegere consignareque annulo aureo visebatur, cui inscalptio erat solis effigies et leonis caput hastili subiecto. Quae cum vidissem, accipiter superveniens excitare me pulsu videbatur alarum. Quid igitur istud est, quod portenditur?' Tum interpres: 'O Philippe, verum istud est nec in aliud interpretandum, ut adsolet, opinabile. Quod enim signari vidisti virginal feminae, fidem rei visae testatur. Consignatio enim fides est atque veritas, ex quo praenosti, quod illa conceperit; nemo enim vas vacuum consignaverit. Et haec biblo, quippe cum biblus ista vel carta nullibi gentium nisi in nostra tellure

5 modum *om. P.* magici *P.* 7 secretim *videtur legisse Iuretus.* et loqui — 9 Philippumque *om. P.* 9 perque terras **T.** 11 interprete *Berger de Xivrey.* interpretes **T.** *P.* 16 verbo *P.* excepisti **T.** excepti *P.* 18 consignareque **T.** signareque *P.* 19 visebatur **T.** videbatur *P.* 20 leonis caput *cf. Steph. Byz. s. v.* Ἀλεξάνδρεια: ἐκλήθη δὲ Ῥακῶτις καὶ Φάρος καὶ Λεοντόπολις διὰ τὸ τὴν τῆς Ὀλυμπιάδος γαστέρα ἐσφραγίσθαι λέοντος εἰκόνι. 24 opinabile *P.* opinavere **T.** 28 vacuum *P.* vagum **T.** Et haec **T.** Ut haec *P.* 29 ista *om.* **T.**

gignatur. Aegyptium igitur semen est, qui conceptus est, non tamen humile, sed clarum plane vel regium propter aurei annuli visionem. Hoc enim metallo nihil scimus esse pretiosius, in quo etiam deorum effigies veneramur. Sed quoniam signaculum [quod] solis forma visebatur subterque leonis caput hastile quoque adiacens erat, is ipse, quisque nascetur, in orientis usque veniet praepotentia possessionem, omnia audens, quae natura est leonis, idque vi et hasta faciet, quae una vidisti. Enimvero quoniam deum capite arietino testaris eundemque canum, est deus Libyae Ammonis nomine.' Hanc interpretationem interpretis tunc non aequo satis animo Philippus accepit, quod homine concepisse mulierem credidisset.

Festinata igitur re bellica Macedoniam ad sua IX. repedat. Quo reditu mulier audito trepidatior erat, solatiis tamen eius Nectanabus adsidebat. Tandem igitur adveniens Philippus ut ingressus est, reginam, cum diffidentius sibi occursare coniugem intueretur, astu dissimulans indignationem in haec verba solatus est: 'Me quidem clam res gesta non est libensque te venia impertio, quippe culpa tibi non adhaerente, sicuti praescivi de sompnio defensante, quod factum est, ab omni culpa, qua adlini posses. Regibus quoque sicuti in alios vis est, ad deos tamen potentia frixerit. Neque enim te scio popularis alicuius amori servisse, enimvero dei deorum pulcherrimi.' His dictis animum mulieris instauraverat. Agit ergo gratias uxor veniae eique, qui sibi spem eius pollicitus videbatur, prophetae Nectanabo.

Igitur agebat interim Philippus cum muliere con- X. iugaliter. Nectanabus vero praesens quidem, sed in-

5 quod *delevi*. 6 subterque **T**. subter *P*. hastile *P*. astilis **T**. 7 is *scripsi*. his **T**. si *P*. 9 quae **T**. quam *P*. 13 quod omine **T**. quodque omnino *P*. 17 Tandem **T**. tamen *P*. 23 de *om*. *P*. 24 adlini **T**. adlani *P*. 26 enim *om*. *P*. 29 eique **T**. *P*. que *del*. *Eberh*. 31 Philippus *om*. **T**. 32 Nectanabus **T**. Nectanabo *P*.

visitatus una agebat; neque enim videri se ex arte magica concesserat. Denique et interfuit aliquando effervescenti iam Philippo et coniugem increpanti, quod ille conceptus non ex deo mulieri foret. Quod cum auribus Nectanabus usurpasset conviviumque celebre et regium pararetur ob reversionem scilicet Philippi votum ac redditum, omnium erat visere dapsilem satis diffusamque lasciviam, nec tamen Philippum frontem in laetitiam explicasse, quod praegnantem Olympiadam admodum suspectaret. Ergo ut iam tempus convivandi erat, statim se reficit Nectanabus et reformat in illum draconis quidem, sed auctiorem aliquantulum tractum eoque reptabundus triclinium penetrat, tum spectabilis specie, tum maiestate corporis totius, tum etiam acumine sibilorum adeo terribili et divino, ut fundamenta etiam parietesque conclavis quati ac motari viderentur. Ceteris igitur prosultantibus ac delabentibus metu, una Olympias, quo fidem faceret divino commercio, manum protendit ad bestiam. At vero draco, ut lubentiam sui proderet, et caput in sinum mulieris extendit et omne agmen in spiram mansuetius colligit et genibus sinuque mulieris insidens promptum os porrigit et cum bisulco linguae vibratu osculum uxoris adfectat, ne quid omnino coniugali fidei deesset apud eum maritum, cui talis visio proderetur. Hic Philippus una metu unaque admiratione discedit. Sed ultra Nectanabus inspiciens draconem vertit in aquilam et volatu facessit e medio. Tunc ex admiratione sobrius Philippus: 'O coniux,'

1 enim *om*. *P*. 7 redditum **T**. reditum *P*. 10 Olympiadem (dam?) **T**. mulierem *P*. 12 sed auctiorem **T**. seductiorem *P*. 13 eoque **T**. eique *P*. 14 spectabilis *Epit*. spectabili **T**. *P*. 19 ad *Berg*. an *P*. 21 et omne *P*. haec omne **T**. spiram **T**. speram *P*. 22 et genibus sinuque **T**. ea genibus sinum *P*. 23 cum bisulco linguae vibratu **T**. cum ibi sulco linguae vibrato *P*. 27 inspiciens *P*. inspicienti *propos*. *Mr*. insistens *Br*. *Keil*.

ait, 'patuit vero argumento divini circa te numinis cultus. Vidimus enim deum auxiliantem tibi periclitanti, quamvis quis is sit nesciam, quippe vel Iovem credas ex aquila vel Ammonem ex dracone.' *Ad haec mulier:* '*Ammonem se quidem professus est, dum primum mecum convenire dignatus est, scilicet Libyae dominum universae.*'

5. Enimvero pavens cum in quadam regiae parte XI. Philippus sessitaret, in qua aves plurimae circumerrarent, isque intentus rebus agendis animum occupavisset, repente gallina supersiliens eius in sinum considensque enixa est ovum. Sed ovum illud evolutum sinu eius humi concrepat, cuiusque testula dissultante dracunculus, ut pote tantilli conclavis pertenuis, egredi visitur, isque saepe circumcursans et ambiens ovi testulam velle se rursus eo, unde emerserat, condere; sed priusquam cupitum ageret, morte praeventus est. Ea visio non parvum scrupulum Philippo in animum iniecerat. Rex denique Antiphontem, qui coniector id temporis egregius habebatur, arcessiri iubet eique aperit rem visitatam: gallinam, ovum, dracunculum, circuitum, mortem dracunculi. Sed enim Antipho ad incrementum peritiae suae dei adminiculo inspiratus infit regem docere: filium mox ei fore, qui omnem mundum obiret omnemque suae dicioni subiugaret; hunc post ambitum mundani laboris, domum iam se vertentem, occasu celeri periturum. 'Draco quippe,' ait, 'est regale animal. Ovum vero forma mundialis est.' Ex quo cum draco erupisse videatur, post omnem rotunditatis illius ambitum circuisse atque ingredi eo, unde ortum habuerat, cupivisse, prius quidem mortuum, quam id fieri

1 argumento *cod. Oxon.* argumentum *P.* numinis *om. P. suppl. ex cod. Oxon.* 4 *Responsum Olympiadis in codice P. omissam ex epitoma supplevi; in* T. *plura continebantur, quae tamen legi iam non possunt* (*desunt tres versus*).

5. 14 conclavis *Mr.* conclavi *P.* conglovi T. 18 parvum *P.* parum T. 25 suae *om. P.* dictioni T.

proveniret, cuncta haec, quae praedicta sunt, portendisse. Et his quidem in hunc modum interpretamenti sui fidem fecerat apud Philippum.

6. Adpetente autem iam partitudinis tempore XII. consederat Olympias oneri partus levando. Sed adsistens Nectanabus inspectansque coelites cursus, notans etiam mundana secreta, peritia auctore 'Mane,' inquit, 'quaeso, mi mulier, et vim partitudinis vince *reprimens geniturae* necessitatem imminentis; quippe si nunc fiat editus partus, servile quiddam captivumque potentum natum iri astra minitantur.' Atque cum obdurasset mulier obfirmatius secundisque aculeis pulsaretur, rursus admonetur: 'Nunc etiam, quaeso, duraveris paululum, quippe si editu victa sis, gallus et semivir erit, qui nascetur.' Talia et blandius loquebatur et adtrectare secretius mulierem non differebat, tactu etiam opitulaturus att de . . . pueri. Ac tum demum acrius intuens cursus astrorum motusque elementorum cognoscit iam omnem mundum vim suam in summo culmine conversionis lene librasse solemque ipsum mediam caeli plagam et convexi celsiora percurrere. Tunc ergo ad mulierem sic ait: 'En tempus est,' inquit, 'voce nunc fortiore opus est et obfirmatiore conatu, quippe quod nunc erit editum, mundi totius dominio celebrabitur.' His femina incitata mugitu omni vehementius ingemiscens exegit puerum, qui ubi ad humum lapsus est, motus protinus terrae insequitur et tonitruum crepor ventorumque conflictus, tum etiam fulgurum coruscatio, prorsus ut viseres omni mundo curam cum illa partitudine elaboratam. Ergo ait et XIII.

1 portendisse T. *P.* portendisse liquet *Mr.*

6. 5 'Sed adsistens *etc.* — 25 His femina incitata' *om. P.* 9 reprimens geniturae *temptavi restituere; quae in* T. *scripta erant, legere non poteram.* 10 quiddam] quidam T. 15 nascetur *scripsi;* nascitur T. 17 att de . . .] *desunt quinque fere litterae, quas cognoscere non poteram.* accelerationi *Br. Keil.* 20 lene librasse] lene liberasse *vel* leve liberasse T. 23 opus est] est *om.* T. 29 fulgurum *Mr.* fulgorum *P.* 30 curam — elaboratam, *correxi*

Philippus post solatia gratulatoria: 'Equidem mihi fuisse, o mulier, consilium profitebor non nutriendi, quod natum est, propterea quod id de meo semine non provenerit; sed enim cum videam subolem esse divinam editionemque ipsam elementis et diis pariter cordi fuisse, votis educationis accedo; inque memoriam eius filii, qui mihi natus occubuit de prioribus nuptiis, Alexandri eidem nomen dabo.'

7. Post vero regalius et competentius alebatur. Nam et coronalia obsequia eidem undique confluebant tum Macedonia tum Pella tum Thracia multigenisque aliis gentibus in id certantibus. Atque in his exegit spatia lactandi. Vultu formaque omni alienus a Philippo, ne matri quidem ad similitudinem congruus, ei quoque, cuius e semine credebatur, facie diversus, sed suo modo et filo pulcherrimus, subcrispa paululum et flavente caesarie, ut comae sunt leoninae, oculis egregii decoris, altero admodum nigra quasi pupilla est, laevo vero glauca atque coeli similis, profususque omni spiritu et impetu, quo leones, ut palam viseres, quid de illo puero natura promitteret. Crescebat ergo ut corporis gratia ita studiorum quoque et prudentiae maiestate et cum his una regiae disciplinae. Eius nutrix Alacrinis erat, paedagogus atque nutritor nomine Leonides, litteraturae Polynicus magister, musices Alcippus Lemnius, geometriae Menecles Peloponnesius, oratoriae Anaximenes Aristocli Lampsacenus, philosophiae autem Aristoteles ille Milesius.

Enim de Mileto loqui hic longa res est et pro-

Epitomam secutus; cura — laborantem *P.* et laborem natum *Maehly.* 1 solatia T. *P.* solita *Eberh.* 4 enim *om.* T. 5 editionemque T. editationemque *P.* 6 memoria T. 8 eidem T. ei *P.* **7.** 10 coronalia T. coronaria *P.* 12 in id certantibus *om.* T. 15 e semine T. semine *P.* credebatur T. *P.* creabatur *Mr.* 16 et filo *scripsi.* et filio T. et filii *P. del. Mr.* 17 ut T. et *P.* oculis T. oculi *P.* 19 profususque T. *P.* perfususque *Br. Keil.* 26 Alcippus T. Alcispus *P.* 29 de Mileto loqui T. de milite quia *P.*

positum interturbat deque ea, si quid inquirere curiosius voles, sat tibi, lector, habeto Graecum Favorini librum, qui Omnigenae historiae superscribitur. Illic etiam generis Alexandri inveneris seriem, cui generi principium praestitisse ferunt Oceanum vel Thetidem, exinque fluxisse per Acrisium Danaumque atque Persea multosque alios in Perdiccae genera vel Philipporum. Nam ne Olympiadi quidem secus propago generosa est, cui diligentia pari a mundi principio per Saturnum atque Neptunum, tum etiam Telamona seriem generis attexuit, ad tertiumque Neoptolemum docet prosapiam defluxisse, cuius *uxor* Anasafia mater Olympiadis cluit. Igitur *ad* Alexandrum mens recurrat.

Erat quidem ille ad omnes litteras iam peritus, et sibi quisque ludus in puero imperiale aliquid fuerat meditamentum. Nam sicubi tempus cum labore lectionis absolverat, et iudicare solitus inter aequaevos et industriari, quatenus inter hos argumenta iurgii nascerentur; ac tunc alteri iurgantium favens, ubi partem illius ingenio sublevasset, solitus in contrariam resultare rursusque contra eam, cui paullo ante patrocinatus fuerat, dicere. Itaque cum saepe utrique parti utilis favisor ac strenuus victor foret, opinionem non frustra sibi spectabilis ingenii confirmarat. Interea viri, qui Philippi armenta vel equitia curabant, equum spectabilis formae pulchritudine absolutum regi deducunt aiuntque illum armenti quidem regalis genus, formatum pedibus ad Pegasi fabulam opinabilem, et si equi

3 *post* librum *Eberh. interponit* adiisse. Omnigenae *scripsi.* Omni genere *P.* 6 Acrisium Danaumque *Mr.* Acrisios Daneosque *P.* 11 Neoptolemum *Berg.* Neoptolomeum *P.* 12 uxor *add. Mr.* 13 ad *add. Berg.* 17 si sicubi *P.* 19 quatinus *P.* iurgii *Berg.* iurgia *P.* 20 ac *Mr.* ad *P.* partem illius *Berg.* partemius *P.* 22 rususque *P.* patrocinatus *scripsi;* prius *P.* patronus *Eberh.* 29 *A verbis:* 'et si equi' *incipiunt folia codicis rescripti Taurin. a Maio edita* (*T.*). si equi *Epit. Zach.* equi *T.* si qui *P.*

fuisse Laomedonti eiusmodi praedicantur. Nec secus senserat Philipus. Nam et actu corporis et linea pulchritudinis movebatur. Sed addit equisius: ‘Haec quidem, o rex, sunt in hoc equo talia; sed est ei vitium beluile, namque homines edit et in huiuscemodi pabulum saevit.’ Et ‘Heu,’ rex ait, ‘numnam illud in isto proverbium est, quod semper propter rebus bonis deteriora conlimitant? Enimvero quoniam deductus semel, claudi eum atque ali curabitis, sub claustris scilicet praeferratis. Quisque enim subcubuerit legibus tristioribus, huiuscemodi melius obiectabitur lanienae.’ Et haec quidem rex, et cum dicto iussa complentur.

Sed interea Alexander iam annum duodecimum adpellens et comes patri fiebat et usu armorum indui meditabatur, simulque cum exercitibus visi gaudebat et equis insiliens et reliqua omnia miles ut poterat, adeo ut Philippus haec demirans sic ad illum: ‘O puer, aveo quidem et vultu fruens et moribus tuis, eorumque aliud duco ad similitudinem nostri, aliud vero auctius, quam ut sit ex nostra natura. Sed nunc mihi ad proximam usque iter est civitatem.’ XIV.

8. Quod dictum cum Olympias etiam usurpasset profectusque Philippus foret non simili adfectu quo solitus, Nectanabum protinus repetit eumque consulit super clandestino mariti consilio. Qui cum adsidente sibi Alexandro ex arte illa astrica loqueretur, interpellat puer et ‘Heus tu,’ inquit, ‘istaene, quas stellas

1 praedicatur *P.* 4 est ei *P.* et *T.* 5 namque ut homines videt, in eiuscemodi pabulum saevit *T.* 6 Et *om. T.* num *T.* 8 conlimitant *T.* commutant *P.* 9 semel *om. P.* alere *P.* curavit *T.* sub T. sed *P.* 10 si quis enim subcubuerit legibus tristioribus, huiusce rei melius oblectabit is lanium *T.* obiectabitur laniae T. 15 fit *T.* fiet T. 16 simulque cum illo *Eberh.* visi *scripsi.* visis *P.* suis T. 19 aveo *P.* gaudeo *Schlee.* et vultu *Mr.* ut vultu *P.* plaudo quidem *viribus* et moribus *T.* 21 actius ut si *P.* 22 iteres *P.*
8. 28 iste *T.*

appellas, agitant nunc in coelo ibique visuntur?’ Et Nectanabus ita esse respondit. Pergit igitur Alexander: ‘Possumne istas videre atque oculis usurpare?’ Adnuit posse. Tempus exigit. Vesperam pollicetur. Quae ubi advenerit, ‘Comitare,’ inquit, ‘una mecum ad campestrem locum, easque tibi in coeli choro lucentes ostendam.’ Recipit ita sese facturum velut cupidus puer. Ergo ubi tempus est, progressus oppido dabat Alexandro videre, quae cupiverat. Enim non una sedulitas discenti puero cum magistro. Namque paulatim Alexander ad praescitum fossae praeceps hominem adpellens impulsu improviso praecipitat; ibique letali ictu cervicis Nectanabus adflictus haec est conquestus: ‘Mi,’ inquit, ‘fili, Alexander, quodnam huius facti tibi consilium fuit?’ At ille respondit: ‘Conquerendum igitur tibi est de arte ista, quam noveras. Quippe nescius, quae te impenderent humi, rimare ea, quae caeli sunt.’ Ad haec magus: ‘Equidem,’ inquit, ‘Alexander, laesum me letaliter sentio, sed profecto nulli mortalium contra fatum permissa est fuga.’ Tum ille: ‘Cur istaec inquis?’ Respondit magus: ‘Olim quippe per hanc scientiam videram fatale mihi fore a filio interfectu iri. Ea igitur praescita non effugi.’ Et Alexander: ‘Anne ego sum filius tuus?’ Ita esse confitetur et fabulae reliquam subserit seriem, tum Aegypti fugam tum ingressum ad Olympiadam, et tractatum et amorem, et quanam arte potitus uxore sit ad similitudinem dei. Et in his dictis animam exaestuat. Hinc Alexander comperto eo, quod pater

1 ibique sunt *T.* 3 possumus ergo istesa *T.* 4 vesperum *T.* 5 quod *T.* una *om. T.* 8 progressis *P.* 9 enim ñ *corr. in* enim ů *P.* non unam sed multas *T.* 11 praescitam *T.* praecisum fossae *Zacher in Epit. Maium secutus.* p aeceps *P.* veniens *T.* 12 impulsum *P.* 14 quodnam huiusce facti tui *T.* 17 humi *om. T.* nunc resupinus iacens rimare, *Epit.* 19 sed *om. T.* 21 isthaec *T.* ista *P.* 23 praescripta non fugi *T.* effugisse *P.* 26 ingressum suum *T.* Olympiadem *P.* 29 hic *T.* eo *om. T.*

sibi, quem interfecerat, fuit, metuit eum in illo defosso insepultum et praedam bestiis derelinqui. Nam et nox erat et secreta, quo venerant. Naturali ergo monitus adfectu superponit hominem humeris quam valentissime et revectat in regiam. Ut autem reversus ad matrem est, cuncta narrat, quae sibi supremo conloquio pater dixerat. Hoc demirata est mulier et secus de se quam voluerat iudicavit, quod tot annis vanis scilicet artibus lusa probram rem fecerat. Nihilominus et sepelit cum decore Nectanabum, et ut patri filius, sepulchrum erigit operosissimum. Fuitque inde praenosse, quid huic genito ad vitae clausulam deberetur: cum Nectanabus Aegypto oriundus in Macedonia sit sepultus, tantumdemque spatii e diverso Alexander, rex Macedoniae, morte sua foret Aegypto traditurus.

9. Enim Philippus Delphos misit super regni XV.
suique sollicitus successore responsumque accepit in hunc modum: ‘O Philippe, is demum tuis omnique orbe potietur et hasta omnia subiugabit, quicunque Bucephalam equum insiliens medium Pellae transierit.’ Vocabatur enim equus, quem supra diximus, illo nomine, non eo modo quod corniculata fronte terribilis foret, sed quod inustio etiam fortuita quaedam eius coxae veluti taurini capitis imitamen insederat. Sed hac sorte recepta rex opinionem fovebat praedici sibi Herculem iuniorem ex famula sibi natum. At vero XVI.
Alexander cum Aristotele iam tantum Milesio uteretur, forte praeceptoris istius ad puerorum ingenia col-

2 relinqui *P.* *verbis* ‘Nam et nox’ *finitur folium excerptum ex cod. Paris. 4880, nunc agglutinatum codici 5873.* 3 secretum venerant *T.* 4 quem valentissime revectat *P.* *secutus sum T.* 6 enarrat *T.* alloquio *P.* 8 tot annis *om. T.* vanis *om. P.* 9 probritatem *T.* 10 quam decore *T.* ut *om. P.* 12 quod huic genti clausum iam deberetur *T.* 13 in Macedonia *T.* Macedoniae *P.* 14 de diverso *P.* 15 rex Macedoniae *T.* Macedonia *P.* (post) mortem suam *T.*
9. 17 successorem *P.* 18 O *om. T.* 20 Bucephalum *T.* 23 sed *T.* et *P.* 27 tantum Milesio *P.* tanto magistro *T.*

ligenda tale periculum exstiterat. Quippe cum plerique essent filii regum et optimatum nobiles, singillatim ab his sententias rimabatur, ecquid sibi quisque polliceretur, si modo ad regnum patri succederet. Aliisque opes, aliis gratiam dignitatesque amplissimas verbis laxioribus pollicentibus, ubi ad Alexandri sententiam ventum est, ut ipse, si foret quoque Philippi successor, super futuro profiteretur: ‘Haud equidem mihi,’ ait, ‘ut a sapiente ista haec sententia sederit. De futuris enim instabilibus et incertis fixam dicere sponsionem, errantis est benignitatis et flabilis, cum crastini ratum pignus nullus facile possederit. Dabo tibi tunc, quod et facultas et tempus hortabitur.’ Probat Aristoteles benivolentiam circumspectam et ‘Have,’ inquit, ‘sane tu rex profecto mundane cum isto prudentiae tuae pignore!’ Atque haec ei fuerat sententia de magistro. At vero vulgo ut qui percitus et vi mentis calentior habebatur, quamvis eum Philippus iam sincerius amplecteretur. Videbat enim plenam indolem martiis desideriis regalibusque; eo admordebatur solo, quod nihil de se vultu et similitudine mutuaretur.

Cum igitur pleraque ex his, quae in studentem pater largius conferebat, ipse quoque liberalitate transscriberet, Zeuxidos cuiusdam, *non* celebris illius ad pingendum, sed enim adseculae regalis, tales litterae deferuntur: ‘Zeuxis Philippo et Olympiadi salutem plurimam dicit. E re est scire vos ea, quae Alexandro destinatis, non illi ad frugi custodiam retineri,

2 regnum *P.* 3 et quid *P.* 5 operam *T.* 9 isthaec *T.* sederit *P.* videret *T.* 11 fabilis *P.* crastino *P.* 12 nullum *P.* tibi *P.* tamen *T.* 15 istuc *P.* 16 ei *om. T.* 17 Ad verso *T.* percitus et *T.* spurcitus ea *P.* 18 quamvis eum *T.* quam quis *P.* 19 plecteretur *P.* indolem regalemque *T.* indolem marti -i- desideriis regalisque *P.* *secutus sum Mr.* 20 eoque *T.* 21 similitudinem *P.* 23 transcriberet *Codd.* transscenderet *Keil.* transsiliret *Eberh.* 24 cuiusdam *T.* quondam *P.* non *suppl. Mr.* 27 E re *om. P.*

enim labi omnia cum facilitate donandi. Quare quod sat sit, aestimatote mihique mittite dispensandum.' Ad haec reges Aristoteli scribunt ita: 'Nuntiat Zeuxis is, qui sumptibus Alexandri est praefectus, ea quae ad eius usus largiamur, ab eodem facile dilabi, quia sit inconsideratior dilargitor. Ergo tu missa susceperis atque ex sententia dispensabis.' Ad haec Aristoteles: 'Ratum quidem habeo, mi rex, nostris litteris Alexandrum institutum nihil sese nobisque indignius factitare, idque mox coram indole eius inspecta vestra quoque sententia confirmaverit; illi scilicet in agendis rebus non aetatis sententia, sed doctrinae, si vobis cordi est experiri, subficit consilium.' Ad haec reges scribunt rursus ad Zeuxim: 'Litteras tuas Aristoteli, quas super Alexandro feceras, intimavimus, quidve ad haec ille responderit, praesto est tibi. Igitur ex utraque collige, quid facto opus arbitrere.' Id tamen scriptum cum suspectasset Aristoteles, alitius in hunc modum Alexandro refert: 'Scripsere mihi Philippus et Olympias, parentes tui, ea quae tibi sumptui mitterent, inconsultius deperire. Neque accedo sententiae, quicquam te indignum nobis ac parentibus sapere.' Ad haec puer: 'Scire te par est, mi magister, ea quidem, quae ad nos a parentibus destinantur, indigna esse illorum opibus et nomine, sed secus tamen de institutione regali reges pariter ac parentes, quam decorum fuerat, commoveri, si fortunam censeant frugalitate populari.' Sunt etiam litterae utriusque parentis ad filium ad hunc modum: 'Sumptus, tibi qui fortuna nostra digni

1 cum *om. P.* 2 mihique mittite *om. P.* Ad *om. T.* 3 ita *om. P.* Nuntiat *om. T.* is *om. T.* 4 in eius usus *T.* 5 eo *P.* quod *T.* 8 nostris Alexandrum institutis *P.* 9 indignum *T.* 10 itaque *T.* 11 confirmaverit — 12 sententia *om. P.* 12 suae doctrinae, quae si vobis cordi est experiri, subieci consilium *P.* 16 colligito *T.* 17 arbitrare *P.* 18 suscepisset *T.* altius *T.* 27 fortunam hanc fragilitate populari *P.* 28 in modum *T.* 29 qui *om. T.*

mittuntur, ne prodegeris, fili, nec litterarum Aristotelis de te praeverteris testimonium. Enim frugi te esse parcimonia comprobato.' His respondit Alexander: 'Equidem missorum a vobis, mi parentes, modum nomine vestro dignum non confitebor. Expensam tamen eorum fieri pro necessitate regii nominis fateor. Neque vero de me magistri litterae claudicabunt; eius praeceptis non dignum a me nihilum fieri noscetis. Enim vos mallem neque adversus istaec aures malis sermonibus reseravisse veritatemque hanc decentius convertisse in eos, qui id facere audent, et nostri curam regiam agere pro illa populari malitis.'

Id iam temporis decimum quartum annum Alexander adpellebat. Qui cum quadam die locum, quo clausus equus Bucephala fuerat, praeteriret, conversus ad amicos hoc ait: 'O viri, hinnitusne aures meas an vero rugitus aliquis leoninus offendit?' Ad haec Ptolomaeus, qui Soter postea appellatus est: 'Immo vero hic ille est equus Bucephala, quem ob vehementiam pariter et saevitudinem dentium hactenus rex claudi pater iussit.' Et inter haec rursus alius equi eiusdem hinnitus auditur, acutus quidem ille, sed nihil increpans ad formidinem pristinam, enim mite aliquid et mansuetum, prorsus ut diceres adloquia illa ad dominum esse morigera, non equi fremitum saevientis. Nam et pedes priores extenderat et gesticulam mansuetudinis luserat et supplici quodam motu blanditus est. Quod ubi intuitus est Alexander, fuisse in illo antehac tam truculentum officium edendi homines

XVII.

1 prodigeris *P.* Aristoteli *P.* 6 regimonii *T.* 8 noscens *P.* 9 malle *P.* 10 reseruisse *P.* 11 id *om. T.* et *P.* ne *T.* 12 agere *P.* gerere *T.* 13 quartumque *T.* 15 Bucephalus *T.* 16 haec *T.* 17 anvero *P.* vero *T.* 18 Tolomeus *P. T.* 19 Bucephalus *T.* 22 altus quidem ille *T.* 23 mitte *P.* 24 uti *T.* hominum *P.* 26 gesticula *T.* 27 supplicis *P.* 28 in illo *P.* illi *T.* 29 edendis hominibus *P.*

demiratur. Denique custodibus evitatis claustrisque dimotis animal educit, iubamque eius cum laeva adprehendisset, audacius nescias an facilius, tergum quadrupedis insultat effrenemque eum, sed morigerum tamen imperiosis moribus aurigabundus hac atque aliter Alexander circumducit. Quod cum admirationi visentibus foret, ex cursu quidam rem periculi huius nuntiat Philippo. Sed ad memoriam ille revocans monitus oraculi occurrit ad puerum et salutat inde ut orbis integri dominum. Quare laetior quidem spe filii pater iam Philippus tunc agebat.

10. Sed Alexander quintum et decimum ingressus annum explorato temporis opportuno, cum veniam a paternis auribus praepignerato osculo impetrasset, precario petit, ut sibi Pisas apud Olympia certaturo iter largiretur. Et 'Quid,' inquit, 'laboris aut artis genus est, quod tibi ad certamina praeparatur? Neque enim reor non regii te nominis memorem hanc gloriam cupivisse.' Tum ille quidem, quae sint parum liberalia munera, refutat ac negat, pugillatus scilicet atque luctatus quaeve de cestibus sive cursu plebeculam iuvent. 'Enimvero,' inquit, 'quadrigis ut certem.' Sedet patri professio adolescentis et 'Equos,' ait, 'ad hosce tibi usus iubebo protinus deductu iri, de quibus tibi ad votum proclivitas fiat; neque enim improbo huiusce desiderii gloriam.' Tunc filius: 'Gratiam equidem tibi, pater, huiusce muneris facio; habeo quippe equos, quos

XVIII. 1.

3 nescio *T.* 5 hac atque aliter *T.* hac atque illa atr. *P.* 8 revocans *om. T.* 9 oraculo *T.* 10 uti *T.* integri *P.* ingredi *T.* quidam *P.*

10. 13 tempore *T.* e paternis *P.* 14 pignerato *P.* 15 itineri *T.* necessaria itineri *coni. Mai.* 16 aut *T.* ut *P.* 18 regii *scripsi.* regi *T.* regum *P.* 19 liberalia *Berg.* liberia *P.* ubera *T.* 20 luctae *T.* 21 quae vilem cestibus sive cursu plebicula iuvat *P.* 23 hos *P.* 24 iubeo *P.* deducti iri *P.* deductum iri *T.* *Inde a verbis* 'ad votum proclivitas' *incipit cod. Ambros.* (*A.*). 25 huius *P.* 27 huius *P.*

ex aetatula iam recenti ad haec mihi studiosius praeparavi.' Haec quoque professio Philippum iuvat laudatumque studii filium facile dimittit, cum primum sibi deduci ad navigia currus et arma iussisset. Igitur escensa navi comitatusque Hephaestione amico secunda admodum tempestate Elim adpellitur.

11. Quo in loco cum equorum curam famulis mandavisset atque ipse visum loca deambulatumque procederet, obviat forte Nicolao cuidam, adolescenti regulo ex Acernania. Celsius quidem illo et sublimius se ferente, quippe qui duplici eoque perflabili deorum adminiculo levaretur, opulentia scilicet vel fortuna, habebat tamen Nicolaus ipse, quod sibi de suis viribus polliceretur. Nihilominus salutando Alexandro praestitit se priorem, nesciens etiam tunc itus illius causas et certaminis studium. Fuit tamen non sine contumelia salutatio; nam et 'Have,' inquit, 'o puer', nec ille non sedulo resalutat. Tunc secundo Nicolaus 'Et quem,' inquit, 'arbitrare te tam incuriosius salutasse? Quippe ego Nicolaus ille sum rex Acarnanum.' Alexander refert: 'Istam adrogantiam non probo. Quid enim te iuvabit imperii vana iactatio de secundis crastinis fluctuantem? Non enim vides, ut stare fortuna hominum nesciat, utque in his fragilior habeatur, quicumque illa dea victitant nixabundi?' Ad haec Nicolaus: 'Haec quidem,' inquit, 'non invenuste; enimvero velim scire, cur adsis; nam te Philippi filium fama praelocuta est.' Fatetur Alexander et sese ad certa-

2.

1 ex tatula *P.* ex tutela *A.* 3 studium filii *P.* dimittit *Eberh.* permittit *A.P.* 5 escensa *Mai.* excensa *A.* excelsa *P.* Hefestione *A.* festione *P.*

11. 8 ipse *scripsi.* ipsius *A.P.* ipsus *Mai.Mr.* 10 regulo *Mai.Mr.* reguli *A.P.* 13 ipsius quod et de sibi de suis *P.* 15 nesciens *scripsi cum Maio.* nescius *A.P.* itus *A.* ius *P.* causas *A.* cause *P.* 16 tamen *om. P.* 18 non *T.P. om. A.* 19 arbitrere *A.* tam *A.P.* iam *Eberh.* tamen curiosius *T.* 25 illa dea *Mai*^{2}*.Mr.* illa de ea *P.* illi ea *A.* nexabundi *A.* 26 invenusta *T.* 28 et sese *P.* sese *A.*

mina quadrigarum studio coronae venisse. Tum Nicolaus felle de nimia indignatione subfusus despectansque eius aetatulam neque vim animi considerans consputum adolescentulum et maledictis increpitum dereliquit. At vero Alexander, qui omnium disciplinarum continentiam mage ostentare didicisset, abstersit clementer sputamenta, iniuriam quin etiam adridens ait: 'Iuro equidem tibi, Nicolae,' inquit, 'patris mei pariter ac matris maiestatem, ut te et in hoc praesenti certamine et Acernaniae telo superabo.' Hinc soluta est fabulatio.

12. Non multo autem post cum dies certaminis advenisset aurigandique professio studio excitaretur, novem quidem omnes, sed regii iuvenes competebant *quattuor*, quorum sortito primus Nicolaus adstitit carcere, secundus Xanthias, tertius Cimon, quartus Clitomachus, Balcheus quintus, Aristippus vero sexto in loco, Pierus septimo, Alcan octavo, Alexander post summo nono. Hi cum ex more artis atque certaminis institissent curribus, lituoque signum sollemniter increpasset, cuncti una prosiliunt. Enimvero Alexander erat quartus a primo, Nicolao propius insequente et spe transitus et infesto consilio, ut si praetervehi queat, non absque periculo Alexandri *victoriae* consulturus. Id quidem illum non satis fugerat. Nam et causa odii commonebat, quod bello Nicolai patrem XIX. 3.

1 Tunc *P.* 2 suffusus *A.P.* rufus *T.* 6 continentium mage **T.***P.* continentiam mago *A.* magistro *Mai.* a magistro *Eberh.* omnium discipulus irarum continentiam *Geier.* 6 abstersa **T.***P.* 7 iniuriam quin etiam *T.P.* iniuriamque *A.* irridens *Eberh.* 8 Nichole ait *P.T.* 9 quod, *superscripto* vel ut *A.* 10 *post* 'certamine' *videtur* 'curru vincam' *vel simile quid excidisse.* telo *codd.* bello *Eberh.*

12. 13 citaretur *T.P.* 15 quattuor *suppl. Mr.* primus *T.P.* primo *A.* 16 secundo *A.P.* tertio *A.P.* quarto *A.* 17 quinto *A.* 19 summo *om. A.P.* Hic *A.* certaminis *om. P.* 20 increpassent *P.* 22 quartus *om. P.* proprius *T.* prius *A.* 24 victoriae *addidi; cf. p.* 27, 28. consulat *A.* 26 vello **T.**

Philippus oppressisset. Igitur astu se dabat Alexander a Nicolao praeteriri. Quippe iam ceteri, qui cursu praevenerant, alius alio casu prolapsi, primam spem potiundae palmae Nicolao dabant. Qui cum finem certaminis iam sperasset, infert sese Alexander voto praeterlabendi. Ad hunc conatum equis Nicolai convertentibus titubans dexter e mediis cernuantique persimilis implicatos reliquos secum moratur. Enim tunc Alexander subiens praeteracto prolapsoque Nicolao supervectus rem belli sub stadio transegit. Exin victor corona redimitus escenso templo cum Iovem Olympium salutaret, aestimatione rei gestae aut instinctu dei sacerdotem ferunt sic fortunam victoriae interpretatum, ut quod primo certamine Nicolaum vicisset, esset sibi coniecturae, perfacile multos eum populos vinciturum universitatisque dominio potiturum.

13. Hisce ergo omine atque laetitia ovans repatriat Macedoniam. Sed offendit forte ex licentia regia spreto consortio Olympiadis Philippum tunc in Cleopatrae nuptias demutantem, Attali cuiusdam non ignobilis filiae. Die igitur nuptiarum inruens regis triclinium coronatus 'Sume,' inquit, 'hunc primum, o pater, laboris mei fructum,' et una coronam in caput patris transtulit. Tum adiecit: 'Gaudeo quidem, quod in praesenti laetamini; et ego cum matrem aliis regalibus nuptiis coniugabo, vos quoque participabo con- XX. 4.

1 se dabat, *superscr.* vel dedebat *A.* sedebat *P.* concedebat *Eberh.* 2 a *om.* **T.** praeteriit *P.* 3 alius **T.** alii *A.P.* 7 convertentibus **T.***A.* concurrentibus *P.* dexterae medio *A.* 8 implicatosque *P.* 9 subiens **T.***P.* subiciens *A.* 10 supervectu *T.* 11 *ab* 'escenso' *usque ad* 17 'laetitia' *desunt in P.* 15 coniecturae *Mai. et T. ut videtur;* cognitum, *in margine adscriptum* vel coniuncturae *A.*

13. 19 consortio *T.* consilio *P.A. in margine cod. A.:* vel coniugio. 20 Attali *Mr.* Apali *T.P.* alicuiusdam *A.* 21 filiae *A.* feminae *P.* 23 una *Mai.* unam *A.* uno *P.* 24 gaudeo quidem *A.* nam de eo quidem **T.***P.* 25 matre *P.*

vivio' et una cum dictis adversum Philippum discumbit. Sed rex asperatus ad dictum intus in animo saeviebat. Aderat tunc inter multas regalesque delicias Lysias XXI.
quidam risui excitando quam facetissimus, qui cum in 5.
gratia regis admordere adolescentulum vellet, 'Potiare,' inquit, 'o rex, Cleopatrae, potiare, e qua tibi spero privatos filios atque incommunicatos alteri proventuros eosque, qui vultibus tuis et felici respondeant semini.' Haec ubi dicta sunt, inritatior iuvenis protinus pocu-
lum, quod sibi prae manu erat, in Lysiam iaculatur eumque vulnerat. Sed rex effervescente iam irae professione prosiliens in Alexandrum labitur crureque laeso et vulnerato procumbit. Tum parum temperans voci iuvenis: 'En,' inquit, 'ille qui Asiam Europamque
subiecit, unius lectuli spatium sine periculo non emensus est!' Et cum dicto rapit gladium omnesque, qui forte sese veluti ad comprehendendum inruerant, disicit, prorsus ut nihilum de Centaurorum Lapitharumque convivio demutaret, aut quod illi rei sit proximum,
procos diceres cum ultore Ulixe decernere. Egressus igitur concedit ad matrem.

14. Enim qui aderant Philippum non absque XXII.
discrimine vulneratum cubiculo invehunt lectoque 6.
deponunt. Sed is cum post complusculos dies iam
bonam spem curationi promitteret, ingreditur amica sollicitudine tunc Alexander adsidensque lectulo 'Quaeso,' inquit, 'o Philippe, — adhuc enim te hoc et

1 adversum **T.** adversim *A.P.* discumbit *A.* decumbit **T.** *P.* 2 asperatus **T.** *P.* asperacius *A.*, *quod defendit Geyer.* ad dictum **T.** ad dicta *A. in margine* vel addictus. addictus *P.* 5 gratia **T.** *P.* gratiam *A.* 7 privatos **T.** *A.* privos *P.* 9 irratatior *P.* proculo **T.** 10 Lisiam iaculat ac vulnerat *P.* 11 iam *om. A.P.* 17 forte sese venerant veluti comprehendendum irruerant *P.* dissicit *A.P.* dissecat? (ἠμισφαγεῖς ἐποίησε *Graec.*). 18 Lepitharumque *A.*

14. 23 invehunt *T.* inducebant *A.* cubiculum videbant (indebant?) *P.* 26 tum *P. om.* **T.** asidensque *P.* 27 ad hoc *A.*

communi nomine adloquar, ut amicus, donicum patris in te animum recognovero — quid tandem hoc rei est, quod te avertit a coniuge? Aveo enim scire, iudex et ultor futurus in matrem, si culpa meruit, quod evenerat. Huc adde, si placet, probesne illam Lysiae
in Alexandrum petulantiam, probesne etiam patris in filium truculentiam. Quid enim uterque commeruimus a patre et marito? Abiecta Olympias coniux et Alexander filius incusatus. Quin ergo surge, et confirmato corpusculo animum etiam labentem una curaveris,
adeo saucium fatalibus forsitan temptamentis. At ego tibi Olympiadam tuam una in gratiam atque in cubiculum iam deducam. Geret enim morem profecto Alexandro filio, cuius tu pater, ut video, esse fastidis.'

15. His dictis transit ad matrem Philippo iam 7.
inter pudorem poenitentiamque distento et ad eam 16
'Ne,' inquit, 'quaeso, ne moveare, mi mater, super hisce, quae in te egerit rex maritus. Etenim ipsa quamvis clam habeas, quid commerueris, age tamen
morem conscientiae tuae, cuius memet testem habes, qui hanc tibi concordiam suadeo. Quaeso remees ad coniugem, et redde te marito morigeram.' Cedit auctoritati suadentis filii Olympias et duce tali revenit ad maritum. Tum Alexander: 'En tibi, pater, Olympias
tua; iam enim te paterno nomine usurpabo, cuius adeo libens fueris auditor. Igitur et precator ad eam fui, et remittit tibi meritum tuum abolitione omnis in-

1 nomine *A.* numine *P.* adloquar **T.** alloquor *A.P.* donicum **T.** boni cum *A.P.* 2 in te animum *A.* ante animum *P.* 3 aveo *Mai.* habeo *A.P.* audeo **T.** iudex **T.** *P.* vindex *A.* 8 coniunx *P.* 9 incusatus **T.** incursatus *P.* incursatur *A.* 10 labentem **T.** labantem *A.P.* curaberis *P.* 11 At ego *Mai.* At ergo **T.** adeo *A.P.* 12 Olympiada **T.** Olympiadem *A.P.* 13 morem *om.* **T.**

15. 16 et ait ad eam *A.* 17 ne *om.* **T.** mobeare **T.** 18 his *P.* egerit *A.P.* gerit *T.* 19 quod *A.* commeruimus *P.* 20 memet *A.* me et *P.* me **T.** habeas **T.** 22 coniugem censeo et reddente marito **T.** *P.* 24 Tunc *A.* 26 livens **T.** 27 remitti *P.* abolitionem *A.*

iuriae. Agite igitur, quaeso, post iram integrationem coniugalis adfectus. Nec sit pudendum, si filius sim parentibus copulator.' His dictis impetrat, quod laborat, idque ei largiter apud omnes patriae proceres bono admodum testimonio fuit. Placet denique Lysiae nomen coniugalibus ritibus in perpetuum aboleri, quod appellatio illa solutioni coepti cum Cleopatra *coniugii* conivisset.

16. At his ferme diebus, quibus haec acta vi- XXIII.
debantur, descivisse obsequio Mothona civitas nuntiaba- *8.*
tur. Ad quam animo Philippus incitatus, cum adhuc viribus corporis deficeretur, optimum ratus ultionem non distulisse, numerum qui forte adesset militum ducere Alexandrum iubet, idque adolescens properanter exsequitur diligenterque; subactam enim populatamque ad vindictae ostentationem raptim Mothonam reversus adnuntiat. Sed enim cum illo reditu de Mothona in- *9.*
gressus ad patrem foret, videt ibi adsistentes habitu barbaro viros percunctansque agnoscit Persae Darii satrapas; causam tamen adventus esse, quod ex more regi petitum pecunias a Philippo venissent, pretium scilicet aquae atque terrae; his enim nominibus subiectos obsequi sibi Persae deposcunt. Miratus igitur Alexander et petendi morem et titulum: 'Haeccine,' inquit, 'elementa Persae mortalibus venditant, quae cunctis deus in commune largitus est?' Dolebat ergo altiusque adolescentuli vim carpebat, quod viri Graeci nominis ac dignitatis vectigales barbaris fierent, quae res esset pendentibus iugiter ad magisterium servi-

5 bono — testimonio *A.P.* bonum — testimonium **T.** Lysiae *om. P.* 7 solutione *A.* coniugii conivisset *scripsi.* convivasset *corr. ex* convivisset *A.* conivisset *P.* solutionem capti convivi cum Cleopatra fecisset **T.**

16. 10 Mothona **T.** Mathana *A.* Motona *P.* 12 deficeret *A.* 15 et diligenter **T.** subauctam *P.* 19 percontansque *A.* cognoscit *P.* 21 regi **T.***P.* regio *A.* 24 Haecine *A.* 25 elimenta *A.* 27 vim *A.P.* animum *Eberh.* 29 pendentibus *Mai*². (ex *T.*?); petentibus *A.P.*

tutis. Tum igitur pauculum barbaris indidem separatis ferre a se mandata ad Darium iubet: haec sibi Alexandrum nuntiare vel dicere: boni consuleret et ab hac petendi consuetudine temperaret; quippe quem ipse morem petendis pecuniis indixisset, hunc a se protinus exactum iri, unaque cum his, quae ante dispensa sint, propria quoque, quae sint Persis, Alexandrum petiturum. Cum his dictis exigit homines proficisci ne litterarum quidem regem responsione dignatus. Ad hanc animi eius magnificentiam Philippus erigebatur, quod adeo confidentem et intrepidum eum naturae suae bona adserere intueretur. Igitur cum vicina rursus civitas de obsequio vacillaret, datur Alexandro expeditio. Pergitque, quo iussum est. 14

17. Enimvero interea Pausanias quidam nomine, XXIV.
cum divitiis adfluens tum opibus potens, ex oppido *10.*
Thessalonicae nobilis, in Olympiadis desiderium amoremque animo prolapsus est. Qui cum per internuntios adtemptasset, ecquid mulier consentiret deserto Philippo ad sese transnubere, neque id ei ex sententia provenisset, comperiens filium Philippi, cuius adeo formidolosum in omnes adcolas erat nomen, peregre profectum certamenque thymelae tunc agi a Philippo praesidente, repente satellitio stipatus strictis gladiis theatrum inruit Philippumque vulnere praevenit. Qui cum altius et letaliter ictus esset, veluti caedis absolutione securus ad regiam Pausanias properato festinat, raptu scilicet Olympiadis desiderio consulturus. Igitur *11.*

1 pauculum *T.* paululum *A.P.* parvulum barbaris irridere paratis *Geyer.* 5 induxisset **T.** a se *A.* ad se *P.* 6 exactu iri *P.* depensa *P.* 10 hanc *om. A.P.* 14 Pergitque **T.** pergit *A.* pergi quoque iussum est *P. Epit.* iussus *A.*

17. 16 cum **T.** tum *A.P.* deliciis *Epitomae codices meliores. A.* opibus *om.* **T.** 19 ecquid **T.** et quid *P.* et *A.* consentiret, ut — transnuberet *A.* 20 neque id *P. Mai*². idque *A.* sentia *A.* 25 vulnere praevenit **T.***A.* Philippumque vulnerat *P.* 28 raptim *P.*

cum populus adhuc in theatro turbaretur, Pausanias vero, ut diximus, raptum moliretur, forte rebus ex sententia perpetratis Alexander supervenerat offenditque turbas et vim et vulnera Philippi. Quibus, ut res erat, cognitis auctoremque earum rerum Pausaniam haec designasse, inruens regiam in ipso raptu matris Pausaniae violentiam deprehendit, eumque cum iaculo destinaret tenereturque formidine matris vulnerandae, Olympias sic adhortatur: 'Iaculare,' inquit, 'fili, iaculare! ne dubites; habeo enim praesidem Ammonem et protectorem.'

18. Enimvero Alexander nullo impetu vinci, sed *12.* cum spirare etiam tunc patrem Philippum comperisset, eundem advehi illorsum iubet gladiumque, quem gerebat ipse, conlatum in dexteram patris misit, quo manu eius oppeteret Pausanias, cui poenam quamque pro facto debuerat. Ergo iam moriens Philippus, 'Nihil nunc sane est,' inquit, 'quod me vitae finis aut huiuscemodi mors contristet; ultus enim auctorem iniuriae libens oppetam. Atque ideo illaec nunc ab Ammone dicta reminiscor, quae tunc matri tuae Olympiadi filium fore talem praegnanti dixerant parituram, qui non eius modo adsertor esset, sed vindex quoque patris foret futurus.' Et cum his dictis moritur. Curatur igitur Philippo regia sepultura maerori eiusmodi omni Macedonia et reliqua Graecia conspirante.

19. Ubi igitur iam moti animi hominum illa XXV. rerum novitate quietiores visi esse potuerunt, scandit *13.*

1 Pausanias, quae diximus, moliretur *P.* 4 Philippi *om. P.* 6 haec *om. P.*

18. 13 tum *P.* 14 eundem ei advehi illos *P.* 15 conlati *P.* misit *om. P.* 16 poenam quoque profecto *P.* 18 ad huiuscemodi *P.* et h. **T.** 20 illaec *P.* illa et *A.* 22 praedixerant eum non eiusmodi adsertorem, sed ut vindicem quoque patris futurum **T.** *similiter P.* 24 dictis *om.* **T.***P.* 25 a Philippo *P.* merori eiusmodi **T.***P.* in memoriam eiusdem *A.*

19. 27 iam moti *P. Mai*². (ex *T.*?). amoti *A.* 28 esse *om.* **T.***P.*

Alexander paternae statuae suggestum et propter illam adsistens in haec verba contionatur: 'O Pellae proles et Macedonum vel Atheniensium Corinthique progenies ceterarumque Graeciae gentium nomina, en tempus est, quisquis Alexandro sese cupiat militare, ut scilicet nunc nomen labori fateatur. In eos quippe militabimus barbaros, qui nos iampridem re, nunc vero spoliare pergunt etiam libertate. Igitur eamus ducere in servitutem Persas. Hi, quibus turpe erat servientibus non subvenire, enim nunc iam etiam ipsi servimus.' Et haec quidem dicta praesentibus edicit. Tamen it eadem illa sententia et per singula oppida civitatesque, ut una cum classibus ii, qui armorum desiderio tenerentur, ad sese confluerent. Igitur ut si incentivum aliquod divina voce intonavisset, quo facilius ad eiusmodi opus studia hominum exardescerent, ita votum certamenque erat Macedonibus militandi. Alexander aedibus reseratis, quibus condita patris arma militaria visebantur, his quos inermes viderat dilargitur.

20. Sed enim quisque armiger Philippi aetate pro- *14.* vectior, diu iam militiae laborisque pertaesus, negabat se idoneum his conatibus fore, aetate scilicet sua praesentibus refragante. Ad haec Alexander 'Equidem,' inquit, 'veridicentiae isti testis accedo nec labores vestros, quos praetenditis, non adstipulor. Enimvero militiae vis eiusmodi res est, uti magisterio callentium ordinata mox fiducia virium exsequenda sit. Peritia quippe veteris usus rudis manus audacia dirigenda est: quorum alterum vos, alterum iuventus existimatur.

2 in haec verba *Mai*². ad h. v. *A. P.* 3 chorintiique *P.* 4 en tempus **T.** en *om. A. P.* 5 nunc quisquis *P.* scilicet hunc *P.* 8 servitium **T.** 10 enim *post* Hi *collocat Kluge.* en *Eberh.* iam *om. A. P.* 11 it *om.* **T.***P.* 14 incendium *T.* 15 intonuisset *P.* huiusmodi *P.* 17 certamen (*om.* que) *P.* At Alexander *T.*

20. 21 diu iam *scripsi;* divinam *T.* de vi *A. P.* 22 idoneum his *Geyer.* idoneis *A.* negabat se conatibus fore idoneum *P.* 25 in quos *P.* 26 militiae ius *A.* militia vis eius eiusmodi restituti *T.* 27 exaequanda *T.* sit *om. P.* 28 erigenda

Nam ut ille iuventutis fervor ad audaciam promptior, ita inconsultior ad cautionem, ac sic eorum boni coeptus plerumque malos eventus reperiunt. At vero ista maturitas vestra etiam arduis quibusque felices exitus parit et desideratos eventus, quoniam perito consilio manum duci commodat obsecuturam. Par est igitur, inquit, vos meo commilitio numerari, non ut ipsi bellorum urguentiam subire cogamini, sed ut iunioribus manibus consilium vos fiatis. Alterum quippe alterius egere quis dubitet? Cum, nisi per prudentiam vestram illorum titubantia sit directa, perfracto praesidio iuventutis in seniores periculum vadat. Contra autem si recti per vos voto fruantur, vos quoque gloriae parte potiore celebremini.' His dictis eos quoque, quos senium iam obsederat, in sententiam suam ducit.

21. Connumeratis igitur vel veteri milite vel XXVI. quos ipse recens scripserat, congregat Macedonas quin- *15.* que et decem milia pedites, auxiliaque diversa in octo milibus, equites vero indigenas septingentos et duo milia, levis quoque armaturae Thracas numero octingentos. Unde hoc numero cum veterano milite congregato sexcenti quinquaginta quattuor ad septuaginta milia militantium erant. Tunc viae sumptum a Philippi thesauris conlatuque studentium rebus suis auri talenta sexaginta cum quadringentis quatuorque et decem millibus cogit. Classi ergo elaborata in Macedonia, tam longis quam onerariis navibus, transit in Thraciam,

est audacia *P.* 1 iuvente *P.* audacia *A.* 2 boni coeptus *Mai*^{2}. boni coepti *P.* bona coepta *A.* 4 felices *Mai*^{2}. faciles *A.P.* 5 quoniam me perito consilio, manum duci, commodat obsecuturum *Mai*^{2}. 6 Par *superscript.* vel pars *A.* 7 inquit *om. P.* in meo commilitio *Eberh.* 8 urguentiam *Mai*^{2}. urgentia *A.P.* 9 fiatis *Mai*^{2}. *P.* faciatis *A.* 12 vadit *P.* 15 ducit *Mai*^{2}. *P.* vicit *A.*

21. 16 vetere *Mai*^{2}. 17 recens scripserat *A.P.* recenseri praestat *T.* 18 milium *T.P.* auxilia *A.* 22 DCIV *T.Epit.* LXXVII milia *Graec.* 24 collatumque *A.* conlatum quae *T.* 25 quattuor (*om.* que) *P.* 26 ergo *A.* quoque *P.* 27 Thracia *P.*

quae sibi patris Philippi virtute quaesita hereditarium studium deberet atque deferret.

22. Unde illic etiam rebus ad ordinem redactis, XXIX. quod sibi ea gens studiosius obsequeretur, lectissimos *16.* quosque et argenti talenta quadringenta viribus suis cum adiecisset, pergit ad Lycaoniam, cui nunc aetas recens nomen Lucaniae dedit. Igitur eius loci magistratibus ad amicitiam communi sacrificio foederatis transmittit protinus ad Siciliam atque ibi, si qua forte ab obsequio refragarentur oppida, recepit; exinque Italiam transiens legatione pariter et honore potitur Romanorum. Per Aemilium quippe tunc consulem corona ei auri pondo centum, insignita etiam margaritis, honoraria datur ad argumentum amicitiae perpetuo post futurae; idque Alexandro magnae gratiae fuit amicitiamque amplectitur et verbis liberalibus Aemilium honoratum remittit. Addunt tamen Romani et militum duo milia et argenti talenta quadringenta eoque amplius fore daturos sese respondent, ni sibi bellum adversus Carthaginienses intentissimum agitaretur. Indidem XXX. igitur Tyrrheno transmisso cum Africam quoque ad- *17.* pulisset Alexander, eius gentis sibi magistratus obviantes precario quaesunt, uti a se vim Romani exercitus amoliretur. Sed haec dicta non modo ad favorem regis animum non convertunt, verum ignaviae eos increpitos tali responsione dimittit: quod boni Carthago consuleret, si aut melior hostibus foret aut potioribus praecepta dependeret.

23. Hinc igitur pergens paucis admodum comi- *18.*

1 quaesita *A.P.* quaerit *T.*

22. 4 exequeretur *P.* 5 quoque *P.* 6 Liguonam *T.* 7 Ligunae *vel* Liguriae *T.* 9 Siciliam *A.P.* Massiliam *T.* 11 potitur *A.Epit.* petitur *P.* 14 dantur T. ad *om. P.* 15 gratiae T. *A.* gloriae *P.Epit.* 19 ni sibi T. nisi *A.P.* 20 agitaretur T. ageretur *A.P.* 21 igitur *om. A.P.* 23 precario quaesunt *P.* precario sunt usi ut *A.* praecati sunt T. vim T. vis *A.P.* 24 favorem *A.P.* foventem T. 25 ignaviae *om. P.* eos *om. A.P.* 26 talis responso T.

tatus omnem Libyam peragrat. Itaque ad Ammona, qui loco deserto Aegypti celebratur, ipse contendit; enimvero exercitus multitudinem navibus superpositam Pharum destinat. Ipse ergo Ammona veneratus operatusque largioribus ibidem sacrificiis praesidium sibi operis et coeptorum veluti a deo patre deposcit, quippe eius fabulae tenax, quod huiusce dei cum matre per somnium fuerit coniugatio. His denique verbis deum convenit: 'O pater Ammon,' inquit, 'si quid materni seminis est verum, eaque mater conceptus nostri ex te principium est sortita, quaeso uti istud adstipulere praesenti meque ut filium praestes.' Igitur doctus evidentibus monitis non absque cura sui esse numen illud, et templum deo operosius et augustius fabricatur et ad prodendam militibus confidentiam Patri Ammoni id se fecisse inscriptione testatur. Tum responsum etiam quaesiit a deo, ecquid sibi monumentum imperii sui aliquotiens instaurare fas esset. Animo quippe conceperat urbis quam maximae conditum. Ergo per somnium sic eiusdem dei adloquio fruitur:

Haec tibi, rex, Phoebus lunatis cornibus edo:
Nomen si pergis aevo celebrare perenni,
Urbs tibi condenda est, qua stat Proteia tellus,
Praesidet et numen cui Dite potentius ipso,
Vertice quinqueiugo rerum secreta gubernans.

23. 1 athamonia *P.* ammonan **T.** 2 loco *Eberh.* locus *Codd.* deserta *P.* 3 multitudine navibus imposita **T.** 4 operatusque *P.* operatisque *A.* ammonem generatusque largioribus ibidem praediis **T.** *cf. Haase Miscell. phil. II p. 19.* ibidem *om. A. P.* 7 tenax *om.* **T.** huius *P.* 9 mater sermonis **T.** 10 ea que *P.* 11 adstipulere **T.** astipulare *A.* astipulare praesentũs *P.* 13 non absque numen illud esse curam sui **T.** *A.* cura *P.* (*cetera sicut* **T.** *A.*); *emendavi.* 16 se *om. A.* 17 quaesiit **T.** quaesit *P.* quaesitum *A.* et quid **T.** *P.* quo *A.* 18 aliquotiens **T.** aliquod *A. P.* 19 quippe *A. P.* quoque **T.** 20 eius **T.** *P.* 22 Phoebus *Mr.* (*Φοῖβος Graec.*). Phoeba *A. P.* Phoebi *Mai*[1]. Phoebes *Mai*[2]. 23 pergis **T.** *P.* pergas *A.* 25 ditis mundi potentius **T.** *P. Quaecunque post versus leguntur in* **T.** *A. usque ad p. 43, 22, desunt in P.*

Ad haec doctus Alexander tali responso omni diligentia rimabatur, quam Proteiam insulam deus vellet quidve illi numinis praesideret. Quae etiam tunc animo *19.* volutans peractis rite sacrificiis indidem proficiscitur. Multo denique itineris exanclato apud vicum Astrata fessum commilitium refecit. Ipse autem rex cum forte XXXI. in agro, ut adsolet, spatiaretur, cervam intuitus pastui occupatam unum ex his, qui destinandis sagittis sollertior habebatur, iaculari bestiam iubet. Qui cum rem non ex opinione praeiudicata fecisset leviusque ictum animal evasisset, exclamasse Alexander fertur Graeco scilicet verbo, quod remissior arcus intentio sagittam imbecillius exegisset, para tonon istud factum videri. Ex eoque dictum Paratonium; etiam post frequentatae urbi nomen idem datum.

24. Hinc porro ad locum, qui vulgo Taposiris *20.* diceretur, adpulit. Inquirens tamen nominis causam accipit ab indigenis sepulchrum Osiridos illic esse, quod a veteri compositione corruptum Taposiridus dictus esset. Operatus igitur illicce deo ad id loci transit, quem extensum quidem magni et uberis aequoris pulchritudine miratur, frequentem tamen commanentium conventiculis. Sedecim quippe et instar urbium vicis decoriter admodum distinctis atque dispositis consistit, quorum magnitudini pariter et pulchritudini honor et cura deferebatur. His sedecim sessibulis flumina quoque duodecim intererrabant, pariter omnia vergentia iuxtim in mare, sicuti nunc etiam ad memoriam veteris insulcationis datur visere. Quippe quamvis congestu postea sint ad aequoris uniti faciem exaequata, quis-

4 volutans *Mai.* voluntas *A.* proficiscitur multo *A.* proficisci igitur **T.** 6 ipse **T.** ibi *A.* 7 pastui **T.** pascuis *A.* 9 iacularibus ē iam iubet **T.** 10 rem *om. A.* 11 Alexandrum fertorem **T.** 12 remissio arcis **T.** arcus et intentio *A.* 14 dictum *A. om.* **T.** 15 idem *scripsi.* ibidem *A.*

24. 25 pariter et pulchritudini *om. A.* 26 sessibulis *scripsi.* desessilibus *A. in* **T.** *nil legi potest.*

quis tamen ille ductus fluminis fuit, is nunc plateis apud Alexandriam tractus est; sed duo tantum ingressus fluminum reservati, ceteri nomina partibus oppidi praestiterunt. Igitur omne spatium *ab* eo loco, cui Bendidium vetus nomen est, usque ad Hermopolim urbis eius ambitu occupatum est. Sed enim nomen hoc longe secus, ac se veritas habet, in usu appellationis resedit; Hormu enim polis, non Hermopolis, dicta est, quod portuosius illic alveus Nili latiusque in latera descendens fidam stationem navibus per sese labentibus faceret.

25. Hanc igitur urbem nominis sui appellatione *21.* dignatus in omnem, quantum visi datur, magnificentiam laboravit, quamvis Cleomenes de Naucrato et Dinocrates Rhodius in eam sententiam non accederent, ut tantam illam urbem, quanta nunc est, niti deberet, quod neque repleri aedificiorum spatia metita turbis competentibus opinarentur nec repleta ali facile potuissent. Ex quo fore arbitrabantur bella frequentia vel necessitate quaerendae alimoniae ab ipsis incolentibus ineunda, seu opulentia praevalerent, seu viribus deficerentur, dum aut peterent aliquid aut peterentur. Quippe moderatum urbium statum et consiliis facilius cedere et ad sustentationem sui promptius occursare amicum, siquidem multitudini nec facilis sui apud omnes singula dinoscentia atque etiam difficilis vel conspiratio.

Quamquam igitur longe auctius rex metitus loco- *22.* rum amplitudinem foret, tamen ad sententiam persua-

4 ab eo loco *Mr.* eo loco *A.* 5 Bendidium *Letronne.* indidium *A.* 6 ambitu *Mai.* ambitum *A.* 8 Hormu *scripsi.* Hormo *A.* 9 portuosus *Mr.* 10 stationem *Mai.* aestimationem *A.*

25. 14 de Naucrato *Geyer.* ac Neucratus *A.* 17 metita **T.** et ita *A.* 18 facile *A.* facere **T.** 22 deficerentur **T.**? deficerent *A.* peterent **T.** impeterent *A.* 25 amicum siquidem *etc. corrupta; in* **T.** *nil legitur*

dentium ire aliquanto contractius sivit ambitus lineam. Quare facesserat magnificentiae animo contemplatae. Longitudinem quidem urbi procurat ab eo loco, cui Draco nomen est — est autem pars supradicti Taposiris — usque ad locum, cui Agathudaemonos appellatio manet. Latitudini vero indulget a Canopo usque ad locum, qui Eurylochi vel Melanthium dicitur. Iubet igitur omnes, quique per ambitum usque ad lapidem tricesimum coluissent, universos eodem commigrare locumque omnem, unde ad oppidum convenissent, suae dicioni servire. Et haec quidem super spatio urbis eius accipimus.

26. Adhibitis tamen rex architectis, qui ex arte *23.* nobiles et celebratiores habebantur, ut Cleomene de Naucrato et Olynthio Cratero, Herone etiam Libyco, qui cum fratre Hyponomo erat, accepit omne magnificentiae huiusce monumentum in eo posse tuto consistere, si antea quam fundamenta urbi iacerentur, subductiones aquae purgamentisque reliquis procuraret; quibus iugiter ablutis derivatisque atque in mare perpetuo dilabentibus neque aedificiis perniciem aliquam remansuram et ab hisce, quae intervenire conrumpendo aëri soleant, purgatius oppidum fore. Elaboratis igitur his cloacis, quibus haud facile capaciores

2 facesserat *corr. ex* facesserari *A.* contemplatae *scripsi.* contemptat *A.* quare facessendum ratus a magnificentia animo contenta (*vel* concepta), longitudinem *etc. Mai.* quare faciem desideratae magnificentiae animo contemperat *Geyer.* 4 Taporis *A.* 6 indulgent *A.***T.** 7 Melantium **T.** Melanchium *A.* 10 dicione **T.** editioni *A.*

26. 13 architectis **T.** architectoribus *A.* qui — habebantur *A.* quisque — habebatur **T.** 15 Olynthio Cratero *scripsi cum Muellero.* olyntio eratheo **T.** Olynthio et Erateo *A.* Libyco *scripsi.* libii *A.* libi **T.** 16 Ipomono **T.** Eponemo *A.* omnem *A.* 17 consistere *A.* constituere **T.** 18 antequam **T.** 19 reliquis *scripsi.* reliquias **T.***A.* residuis *Geyer.* relinquendas *Mai.* 20 derivatisque **T.** dirivatisque *A.* 23 purgatius *A.* purgatum **T.** 24 capaciores ulla **T.** captiores illa *A.*

ulla urbs habeat, omnis post id operum imposita molitio.

Quare cum hae urbes, quae in omni orbe terreno *24.* maximae celebrantur, in haec spatia numeratae sint: Syriaeque sit civitas vel amplissima Antiochia extenta stadiis octo pedibus septuaginta duobus, Carthago vero, quae principatum Africae tenet, stadiis decem porrecta videatur stadiique parte quarta, Babylon porro stadiis duodecim longa sit et pedibus ducentis atque viginti, ipsa quoque domina omnium gentium Roma quattuordecim stadiis et pedibus centum atque viginti longa primitus fuerit, nondum adiectis his partibus, quae multum congeminasse maiestatis eius magnificentiam visuntur, Alexandriam mensi sunt septuaginta quinque.

27. Occupato igitur omni solo, quod praedictis *25.* alveis atque vicis olim consitum mox urbs una contexuit, videt insulam eminus perbrevem rex. Cui nomen Pharus esse cum diceretur, coluisse vero Pharum istam Protea, conlapsum etiam ibidem cerneret Proteos sepulchrum, id quidem protinus et reformari ad faciem novitatis et coli religiosius mandat — exinque civitas Pharos est — eiusque mos ad nos usque prolapsus Sacrum inter nostros Heroos dicitur. Additur XXXII. tamen ad fabulam metatae primum discretaeque urbis *26.* huiusce, quod cum lineae ductae ab architectis forent, quibus spatium et descriptio metatae urbis notaretur, subiecta sit lineae farina pro pulvere. Sed ubi id factum fuerit, mox congreges multi numeri et generis

Verba inde a 'Carthago vero' *usque ad finem capitis 26 leguntur etiam in Cod. Paris. 8319 membr. saec. XI, unde a Mommseno edita sunt in Abhandl. d. sächs. Ges. d. Wiss. Vol. III (1857) p. 276 sq.* 3 orbi T. 12 abiectis *in marg. correct.:* adiectis *A.* 14 magnificentia *cod. Par. 8319.* visitur *in marg. corr.:* visuntur *A.* visitur *cod. Par. 8319.*

27. 25 Heroon *Mr.*

aves eodem advolavisse, raptimque omnem illam de farina lineam obligurisse. Id ergo portenti turbulentius Alexandrum formidantem consuluisse protinus peritissimos coniectorum eorumque sententia rescivisse, civitatem hanc non suis modo, verum peregrinis etiam populis ad alimoniam uberrimam fore. Ut enim in illo avium numero non solum indigenae, verum advenae etiam atque undique versus adlapsae iacto polline avide pastae sint, ita hominibus quoque et incolentibus et adpellentibus urbem hanc fructuosissimam fore.

28. Aedificandi tamen Alexandriam constat prin- *27.* cipium ex meditullio esse factum idque etiam nunc nomen in ea urbe retineri, quod Mesopedium vocetur. Coeptis autem molitionibus surgere visitur draco quidam terribilis magnitudine ac maiestate, qui plerumque opifices incursabat, eoque nonnihilum impediri opera videbantur non minus metu visentium quam religione. Quod cum in aures Alexandri perventum foret, iubet insequenti sub die, sicubi forte sacra illa belua videretur, omnes undique confluentes necem draconi moliri. Idque naviter factum oppressusque eo loci est draco, ubi nunc Stoam vocant. Et sepulchrum tamen draconi consurgit opere admodum laborato et iuxtim Alexander iubet coronarias quoque opificinas adiacere, ut quod haec bestia famulitium quoddam templis praestare videbatur — daemon *enim* melior appellatur —, ipse quoque divina quadam religione coleretur. Atque cum multa sint Alexandriae

2 abligurisse? 4 rescivit *superscr. vel* consipivit *A. emend. Mai.* 8 versus *corr. ex* versos *A.*

28. 14 Mesopedium (*Μεσοπεδίον*) *scripsi auctore Wachsmuthio* (*Mus. Rhen. 42, p. 465*). Mesonpondio *A., in margine manu multo recentiore additum μεσοποντίον.* 17 eoque *scripsi.* eiusque *A.* eiusque interventu? 20 iubet *Mai.* lubet *A.* 23 Stoam *Mr.* Scoam *A.* 27 enim *addidi.* 29 Atque *Eberh.* Quae *A.* Alexandriae *Mai.* Alexandria *A.*

et alia vel miranda, mons quoque propter illic visitur ex congestu, quem incuriosi vetustatis naturalem etiam opinantur. Sed ea moles egestis undique terra atque ruderibus, quibus fundamenta sint moenibus exhausta vacuataque, eoque conlatis ac superfusis huiusmodi erecti et ardui montis magnitudinem sumpsit.

29. Omnem tamen moenium varietatem distinxit *28.* nominibus et secrevit sub appellatione Graecorum elementorum primarumque quinque litterarum, non utique quod hoc regi sit tantummodo libitum, verum uti ex hisce litteris sui nominis perpetuitas in urbis partibus celebraretur: significante scilicet prima littera nomen Alexandri, secunda vero regis ex Graeco, tertia porro generis, quarta etiam Iovis, quinta sese fecisse. Sic enim si quis hasce quinque orationis partes usurpaverit Graeca lingua, inveniet his nominibus ac verbis primas has litteras fuisse praepositas, quod Alexander Rex Genus Iovis Fecisset. Sepulchro *29.* tamen draconis illius iam perfecto, cum trabes quaedam, quae ad ingressum eius columnas impresserat, casu repentino conruisset dissiluissetque, angues complusculi indidem emersisse sunt visi, hique reptabundi, prout cuique ad lubentiam impetus fuit, constructarum domuum penetralia invasere. Quod cum ipsum quoque terribile admodum videretur, non cunctanter arioli pronuntiavere hos quoque daemonas et praesules locorum esse domibusque singulis colendos pro diis penatibus tradi oportere; eiusque mos vivit et adhuc Alexandriae religiosus est sub penatium deorum honore et statis diebus suetus coli more religionis eiusmodi: polentam ex tritico, quod sit esui anguibus, iaciunt, et coronatis optimatium mos est templum

1 valde miranda *Eberh.* 4 sint *A.* sunt *Eberh.*
29. 9 elimentorum *A.* 17 primas *scripsi.* pronas *A.* 18 quod et *A.* 20 quae *Eberh.* qua *A.* ingressum *Eberh.* gressum *A.* 21 dissiluissentque *A.* 24 penitralia *A.* 30 statis *Mr.* aestatis *A.* 32 coronatos *Eberh.*

Heroi scandere, cui talia scilicet anguina obsequio famulentur. Quod autem oraculum regi somnio da- XXXIII. tum quinqueverticem fore urbem [somnio] praenuntiavisset, advertens diligentius invenit eius universi loci esse eminentias quinque. Quibus in cetero aequore extuberascentibus decus urbis est maximum constructa ara quam maxima in eo colli, qui adversus Heroos locum visitur erigi.

30. In ea igitur ara deo summo rerum prae- *30.* sidi opulentioribus sacris et religiosius operabatur cum prece tali: 'Quisquis tu deum rex es, qui praestare diceris huic terrae mundumque istum interminem regis, recipias quaeso sacrum hoc litantique mihi auxilio fias rebus pacis et bellicis.' Et his dictis exta flammis ex more inferebat. Enimvero repente advolans invisitatae magnitudinis aquila exta quidem e manibus Alexandri proripit, tranans vero volatu quam tranquillissimo aëris intersitum spatium alteri cuidam arae procul exta, quae praeripuerat, superponit. Quem depositi locum cum quidam e speculatoribus regi nuntiasset, properato eodem venit agnitisque extis, quae sacra ales advexerat, videt templum quoque illic vetus magnitudinis religiosae, quodque aevi longinquitas superasset ac diruisset, simulacrumque intrinsecus sedens ex ea materia figuratum, quam dinoscere hominis virium non est. Sed propter seden-

1 Heroi **T.** *Eberh.* Herois *A.* 2 somnio datum **T.** somnio dato *A.* somno *Eberh.* 3 *alterum* somnio *delevi.* praenuntiavisset **T.** pronuntiavisset *A.* 7 adversus **T.** adversi *A.* Heroos *A.* heros **T.** Heroi *Mr.*
30. 11 cum *A.* qui cum *aut* que cum **T.** 12 istum *A.* ipsum **T.** interminem **T.** intermine *A.* 15 exta **T.** ista *A.* 16 repente *om. A.* advolans **T.** involans *A.* 17 e *om.* **T.** proripit **T.** praeripit *A.* tranans vero **T.** transverso *A.* 19 spatium et alteri *A.* spatium ali **T.** 22 extis quae *om.* **T.** 23 quoque *om. A.* 24 ac diruisset *om.* **T.** 26 hominis *Eberh.* homini **T.** *A.*

tarium deum adstiterat puellaris effigies spectabili magnitudine et pulchritudine veneranda. Cumque eius *31.* religionis numina percunctaretur, sese quidem adcolae certius scire renuebant, accepisse tamen traditu veteri, Iovis ac Iunonis templum illud fuisse. In eo obeliscos quoque duos videt proceritudinis erectissimae, qui adhuc Alexandriae perseverant in Sarapis templi circumsepto extrinsecus adsistentes, eius templi, quod aetas iunior laboravit; sed haec saxa, quos diximus obeliscos, quod ad veru ferreum saxi sublimitas quadret, insignita sunt et inscripta Aegypti sacris litteris. Eorum causam et originem cum requisisset, Sesonchosim regem eorum auctorem esse dicebant, qui potitus universitatis id suo monumento esse voluisset, quod diis religiosius consecraverat. Lectae denique per interpretem litterae continere sunt proditae huiusmodi gratiam: 'Rex Aegypti Sesonchosis orbis potens praesuli mundi totius deo Sarapi consecrat.'

31. Adit ergo Alexander prece maxima depo- *32.* scitque, uti si ista rata esset fama, quae scripta sit, sese numen illud mundi totius dominum recognosceret et idem evidentius intimaret. Ergo quietis proximo tempore eidem deus confessus super regni magnitudine pariter ac maiestate sic ait: 'Nonne,' inquit, 'memineras, Alexander, sacrificantem te cum primum exta sacris inveheres, totius mundi orbisve domino eadem te sacravisse eiusque auxilia petivisse? Quae

2 et pulchritudine *om.* T. *sed aliquid superscriptum.* eo pulchritudine *A.* 4 certius *A.* certum T. 5 ac Iunonis T. acui *A.* 6 erectissimae *A.* rectissimae T. 7 templi circumsepto T. templo circum septa *A.* 9 saxa, quos T. *Mai.* saxarios *A.* 10 ferreum saxi T. ferreo saxis *A.* 11 Aegyptii sacris T. Aegyptiis ac sacris *A.* 14 id suo T. (monum. *legi non potest*). ad sui monimentum *A.* 15 quod T. quos *A.*

31. 20 que uti—esset fama *om.* T. 22 et idem *Mai.* et eidem *A.* idem T. 23 super regni *scripsi.* se regi *A.* se regia *Eberh.* 27 eadem te *om. A.*

cum dicata mihi merito quoque sint meae areae transvecta, quid dubitationi relictum erat, quin eum me crederes, quem auxiliatorem tibi religionibus cooptasses?' Ad haec Alexandro de urbis perpetuitate quae- *33.* renti, et an nominis sui inhaesura appellatio videretur, visus est deus manu sese adprehendisse exinque ad editum celsumque admodum montem una duxisse, atque ibidem consistenti 'Potesne,' ait, 'o tu fortissime, molem hanc montis in diversa transducere?' Negitante Alexandro addidisse: 'Haec ergo similitudo est eius scilicet difficultatis, quam de tui nominis mutatione quaesisti. Ut enim naturae viribus spes ista deficitur, quod mons tantus loco mutari queat, ita possibilitate res caret, inolitum nomen tuum urbi nunc conditae olim posse mutari.'

Ibi adhuc petente Alexandro, ut sibi de fine vitae *34.* deus aliquid fateretur, in haec responsum est:

Prae cuncta vitae commoda est mortalibus
De fine.....nescium
Quibusque metis fata claudantur sui.
Mens quippe homulli non videt variantia,
Quod haec reformat perpes aevi aeternitas.
Nam si facessat casuum scientia,
Laeta est timoris omnis ignoratio.
Quare id putato tute commodissimum,
Si spes futuri nullo foedetur metu.
Ergo hisce, quae fas, instruere, ut praescias.
Tu nam levatus nostra praepotentia,
Quaecumque gens sit obvia, sternes manu.
Tuncque haec revises animo, liber artubus.

1 dicata *A.* dicta T. meae areae T. mea ara *A.* 3 coobtasses T. ceptasses *A.* 4 urbis T. orbis *A.* 5 an *A.* ad T. 8 tu *om. A.* 13 deficitur T. deficit *A.* 18 Prae cuncta vitae *etc. carminis tantum frustula legi possunt in* T. *cf. praef.* 19 De fine certum finisse quibus metis *A.* de f....escium quibusque..tis T. de fine fortunae fuisse nescium *Br. Keil.* 22 quod haec T.? quae *A.* 23 facessat T. cessat *A.* 26 spes futuri — metu *om.* T. 27 hisce quae fas s̄ *A.* his quaequae... T. instruere ut T. instruare et *A.* 30 artubus T. artuus *A.*

Urbs vero, quam nunc erigis mundi decus,
Nitore surgit, cunctis exoptabilis
Saeclis, virescens temporum recursibus
Unaque semper fulta beatitudine,
Frequens deorum templis atque numine
Decusque vincens civium concordia:
Optata sedes vitae....
.....letum capit,
Cunabulisque gratior genitalibus.
Quippe ipse laetis coeptis praesul civicis
Interminatis saeculorum cursibus,
Fundata quod sit tellus hisce legibus,
Rides sereno vel corusco lumine.
Quippe austri solum, sontibus iam libera,
Flabris fovetur blandius spirantibus,
Ne quis potentum seu vis ulla daemonum
Exim noceret imperioso numine.
Est namque fatum motibus nutantibus
Telluris huius penita contremiscere
Famemque nosse celere perfunctam metu,
Tractus luales atque bella percita.
Enim facessent ista ceu si somnium.
.....reges multigenarum gentium
Honore divum, summo cultu, exambient
Astris receptum caelitumque congregem,
Quorum frequente cultu sis beatior;
Tuosque praestas numine augustissimo.
Haec quippe sedes corpori est caelum tuo.
Nunc ipse quis sim, mente bibula percipe,
Nomenque nostrum *ex* hisce numeris collige.
Sub Graia primum bis centena littera

1 erigis mundi decus *A.* regis mundi dedecus **T.** 2 nitore surgit **T.** nitoris urguet *A.* 7 optata *Geyer.* obtata *corr. ex* oblata *A. versus deest: in* **T.** *legi nequit, in A. omissus est.* 8 qua letum sapit *Geyer et Baehrens Fleckeis. Ann. 105, p. 636.* quale tum sapit *A.* letum capit **T.** 10 coeptis praesul civicis **T.** coetibus praesul chao *A.* 13 rides **T.** ridens *A.* 14 austri *scripsi.* astris *A.* ..stri **T.** 15 blandius spirantibus **T.** blandeque aspirantibus *A.* 16 nequis *scripsi.* nequit *A.* ne... **T.** seu vis ulla **T.** vis meditulla *A.* 17 noceret, *t expuncto A.* 20 perfunctam *Baehrens l. s. s.* perfuncta *A.* 23 reges *A.* ...por(?)reges **T.** Te semper reges *suppl. Schlee.* 24 Honore *scripsi.* honorem *A.* divum **T.** divinum *A.* 26 sis **T.** is *A.* 28 corpori *A.* corporis **T.** 30 ex *add. Eberh.* 31 graia *Eberh.* grata *A.*

Unum repone numerum et centum dehinc
Unumque post id, tunc quater viginti sint
Decemque iuxtim, eaque sit novissima,
Quae prima fixa est: idque sit nomen mihi.

32. Hoc igitur oraculo per quietem doctum Alexandrum deus in somno dereliquit. At ille expergiscitur recoltisque verbis ac memoriae confirmatis hunc demum esse, quem quaerit, scilicet Sarapim mundi totius dominum rectoremque confirmat. Ara igitur vel maxima maximo opere laborata largioribus sacris tam animantium stratu quam odorum profusione munificus convivia etiam exsequitur ibidem quam laetissima. Tunc Parmenioni architecto laborandi scilicet simulacra cura mandatur, ut ne illis Homeri versibus demutaret, qui sic loquuntur: 35.

Caerula tunc illi Saturnius adnuit arce,
Aurea caesaries quem signat motibus almis.

Et Parmenion quidem iussa complet, ipse quoque non inhonorus hoc labore. Quippe templum etiam nunc Sarapion Parmenionis appellatur. Enimvero hactenus tibi super civitatis illius conditu dictum habebis.

33. Alexander porro coacto omni exercitu exim ad Aegypti ulteriora contendit classi iussa sese apud Tripolim opperiri. Sed id iter longe laboriosissimum XXXIV. 36.

2 post id *Mai.* post idus *A.*
32. 6 in somno **T.** cum somno *A.* expergiscitur **T.** expergitus *A.* 8 quaerit **T.** quaereret *A.* 10 maxima **T.** *om. A.* 11 stratum **T.** 13 artio...arcitecto **T.** 14 illis *Mai.* illi **T.** *A.* 15 qui sic locuntur **T.** quasi elocuntur *A.* 16 illi **T.** oli *A.* caerulea huic oculi *Geyer.* 17 quem *Geyer.* que **T.** *A.* signat *A.* signa **T.** motibus **T.** mentibus *A.* 19 inhonorus **T.** inhonoris *A.* 20 hactenus *scripsi.* actinus **T.** *om. A.* 21 conditu **T.** conditum *A.*
33. *Hoc capite iterum incipit Cod. P., in quo initium capitis ita legitur:* Alexander inde digressus ad Aegypti ulteriora contendit. Et cum Memphim venisset, inductum eum in aedem templumque Vulcani statuam quandam nigro lapide intuetur cum illa super Nectanabo inscriptione, imperatorem scilicet *etc.* — 24 id itiner **T.** iter *A.*

militi fuit, quippe ob locorum et itineris difficultatem. Omnes tamen adcolae, qua perrexisset Alexander, una cum diis deorumque simulacris religiosisque operationibus obviam pergere festinabant, iuniorem Sesonchosim praedicantes. Quare cum Memphin venisset, inductum eum in aedem templumque Vulcani Aegyptii regni veste dignitati sunt et sella ac sessibulo dei. Tum ibi Alexander statuam quandam nigro lapide 37. intuetur cum illa super Nectanabo inscriptione, imperatorem scilicet eum, qui fuga indidem abfuisset, rursus Aegyptum reventurum, non seniorem, enim iuniorem, eumque fore loci illius hostium subiugatorem. Statim igitur scripti istius causas diligentius quaerit refertque responsum, hunc illum Nectanabum fuisse, qui infestantibus Persis, cum deorum monitu praescivisset fortunae suae lapsum, locum casuum declinasset. Tum sese quaerentibus civibus oraculum datum, quod sub illa statua legeretur. Igitur Alexander his auditis involat statim *in* statuae complexum ac parentem salutat, eiusque se filium profitetur, ut congrueretur de responsione cum spe Alexandrum demirantium.

34. 'Unum tamen mihi de civitate vestra mira- 38.
culo est,' ait, 'ecquid vis barbara adversus huiusmodi muros potuerit obtinere, quos coram cerno supra humanarum manuum violentiam pulchritudine pariter

3 simulacris **T.** simulatis *A.* 4 Sesonchosim **T.** se sorte sui *A.* 6 aedem **T.** *P.* eadem *corr. in* eandem *A.* Aegipti **T.** *A.* 7 dignitati **T.** dignatae *A. in marg. adscr. a correctore:* vel egyptii regni veste dignum eum duxerunt. sessibulo **T.** sessibile *A.* 8 Alexander cum **T.** lapide intuetur *om.* **T.** 10 abfuisset *A. P.* fuisset **T.** 13 causa *P.* 16 declinasse *P.* 18 datum *Mr.* datur *A. P.* Tum esse quaerentibus civ. orac. datum *Geyer.* 19 in *addidit Schlee. cf. p. 142, 14.* 21 congrueret *P.* ut congruerent verba responsionis cum spe *Geyer.*

34. 23 miraculo **T.** miraculum *A. P.* 24 et quod *A.* huiuscemodi *P.* 25 potuerat *A.* coram *P.* curam *A.*

ac firmitate congestos, praesertim undique fluminibus convallantibus, ut murorum quoque ipsorum haec sit firma munitio; aditus porro tenues angustique, quique agminibus militaribus inviabiles atque exim occursui perfaciles habeantur. Cuius quidem rei ipse periculum certius fecerim, quamvis huc manu parva, non congregato exercitu commearem. Enimvero haec est illa deorum aequitas ac providentia, ut vos, qui ex ubertate terrae praecluatis atque his fluminibus obvallemini, eorum violentiam sentiatis, qui ista non habeant. Quippe ad hanc opulentiam rerum si vis quoque et militare vobis exercitium adfuisset, nulla profecto gens foret, quae duabus hisce fortunae viribus obviaret. Est igitur ita natura descriptum, ut qui ista rerum opulentia sint donati, idem careant bellicis viribus, ut si quid illi, qui armis et manibus indulgent, de solo genitali indigebunt, ab huiuscemodi adfluentibus petant.' Hisce dictis exigit protinus ab Aegyptiis, ut quidquid illud pensuros sese Dario recepissent, id sibimet inferrent; quod quidem eo se petere testatus est, non ut opibus suis indidem incrementi aliquid pareretur, enimvero ut exstruendae urbis foret substantia largior. Haud cunctanter in haec Aegyptii obsequuntur datisque pecuniis et honorata deductione per Pelusium properantem votis pariter et vero amore prosequuntur.

35. Rursus igitur recepto omni exercitu et XXXV.
in Syrias itinere destinato urbes eas, per quas sibi 39.
transitus foret, nomini suo addit; unde mille etiam

1 ac *om. P.* 2 convallentibus *P.* 3 *inde a verbis* 'aditus porro' *quae usque ad finem huius capitis leguntur, desunt in P.* 4 occursui **T.** occursu *A.* 6 manu parva *etc. cf. init. cap. 33.* congregatum exercitum **T.** 7 commearem *om.* **T.** 8 deorum **T.** *om. A.* 14 ita **T.** *om. A.* 15 qui **T.** quis *A.* donati **T.** donata *A.* 17 de *om.* **T** ab huiuscemodi **T.** huiuscemodi *A.* 22 paretur **T.**

35. 27 recepto *A. P.* recto **T.**

cum cataphractis viros accipit, quod armaturae genus orientis inventio est; ac tum Tyrum advenit. Sed enim Tyrii moenibus clausis ab ingressu oppidi arcere Alexandrum obfirmaverunt, non contemptu scilicet virium tanti nominis, sed oraculi cuiusdam memores, quo docerentur, quod si rex urbem Tyriam invectus cum exercitu transivisset, fortuna tunc lapsum oppido minaretur. Alexander tamen cum admolitus violentiam oppidum cuperet subiugare, ancipiti proelio, multis etiam Macedonum caesis ac vulneratis pedem refert. Praeter illud igitur prius magnanimitatis suae studium iam etiam indignatione ferventior excidium Tyriis minabatur deque ea re somniat admoneri sese, ne legationem sui Tyrum per sese faciat; id enim animo praedestinabat.

36. Missis igitur internuntiis litteras dat Tyriis *40.* perferendas, quarum sententia haec est: ‘Macedonum rex, filius Ammonis Philippique, rex regum maximus Asiae seu Europae vel Libyae, Tyriis haec dicit. Equidem Graecum et imperiale videbatur cum clementia pariter ac iustitia invehi urbem vestram. At enim vos primi omnium exstitistis, qui mihi insolentius obviaretis. Igitur per vos ceteris etiam magisterium procurabitur, quid virium sit in Macedonum dexteris ac fortitudine; neque enim vos iuvabit oraculi illius iactatio. Transgrediar enim oppidum vestrum, sed dirutum atque disiectum. Valete, si sapitis: non enim valebitis, si perseveratis.’ His litteris lectis Tyrii *41.* primates legatos protinus corripi iubent eisque mul-

1 armaturaec tenus **T.** 3 clausis **T.** obseratis *A. om. P.* ingressi *P.* 4 obfirmaverunt *A. P.* obsignaverat **T.** contemptu *A.* contepto **T.** contentus *P.* 7 fortuna tunc lapsum *A. P.* fortunae tunc lapsum oppidi dominarentur **T.** fortunae lapsus *Eberh. cf. p. 44, 16.* 11 igitur **T.** *A.* etiam *P.* 12 iam etiam **T.** *A.* iam *P.* 13 admoneri **T.** moneri *A. P.*

36. 17 sententias *P.* 19 seu *om. P.* 24 sit in *om.* **T.** 25 fortitudinem **T.** iubabit **T.** 27 enim *om. P.*

tatis pergunt exigere tormentis, quisnam eorum ipse Alexander foret. Sed de hoc, ut res erat, negitantes crucibus adfixere. His igitur incentivis exstimulatus Alexander inruptionem oppidi acrius agitabat et rursus in somnio Satyrum conspicatur assem sibi tyrum porrigentem eumque projectum sese pedibus protrivisse. Quod interpretibus haud difficile in enodando fuit. Tyrum enim proteri mox pedibus habere principis respondere. Ex quo sive admonitu sive impetu suo adgressus oppidum vehementius capit pariter ac vastat, indiscrete satis sexubus et aetatibus interemptis. Tres vero vicos, quorum navo auxilio ad operam bellicam usus erat, ad magnitudinem confrequentat urbis Tripolimque appellari iubet.

37. Tyriis ergo satrapam praeficit atque inde XXXVI. Syriam pergens accipit litteras Darii Persae in hanc *42.* sententiam scriptas: ‘Rex regum et consanguineus deorum consessorque dei Mithrae unaque oriens cum sole Darius ipse Alexandro famulo meo iubeo dicoque haec. Mando tibi reverti ad parentes tuos, famulos scilicet meos, atque illic in gremio matris cubantem doceri virile officium. Ad quam rem habenam Scythicam tibi et pilam loculosque cum aureis misi: quorum habena admonet te disciplinae videri indigentem, pila vero, quod eius congruat cum tua aetatula lusitatio, non haec opera, quam latrocinantium ritu cum tuis similibus es adgressus. Neque enim si omne eiusmodi hominum genus ad te pari despera-

2 negitantibus *P.* 5 in somnis *Eberh.* saturum *A.* saturnum *P.* assem sibi *τυρον* porrigentem *Mai.* assem sibi porrigentem *P.* caseum sibi porr. *Eberh.* 8 habere *Thielmann, in Wölfflini Archivio II, p. 175.* haberi *A. P.* Tyrum enim portendi mox pedibus teri principis respondere [interpretes] *Eberh.* 11 indiscrete *Mai.* indiscreta *A. P.* 12 navo *Eberh.* navi *A. P.* 13 urbium **T.**

37. 16 pergens *A. P.* petens *Eberh.* 18 concensorque *A.* 22 Ad hanc rem *P.* 27 *verba* ‘ritu — hominum’ *desunt in P.* 28 desperatione *P.* conspiratione *corr. ex* despiratione *A.*

tione conduxeris, adtemptare quatereve Persarum imperium queas. Tanta quippe mihi multitudo exercituum adest, ut quis promptius arenae quam nostri numeros adsequatur. Auri porro argentique ea copia, ut humum ipsam, si libitum est, consternere indidem possim. Quare tibi loculos auri refertissimos misi, uti si indigebis sumptibus ad reversionem, tibi tuisque habeas, quod subfecerit. Quod si hisce monitis ac praeceptis ulterius refragare, mittam protinus, qui te comprehensum huc transferant; non enim ut Philippi filius coercebere.'

38. His lectis ab Alexandro publicatisque metus plurimos quatiebat dictorum magniloquentiam contemplantes. Quod ubi Alexander mente intuitus est, in haec verba contionatur: 'O Macedones nostri, quid tandem adeo dictis barbaricis perturbamini? quae adrogantiae quidem vanitatisque habent testimonium, confidentiae vero carent probatione. Nam et canibus imbecillioribus mos est, quanto plus defuerit virium, tanto cristas acuere sublimius et latratibus inritatioribus indulgere. Haec mihi visa est competentior ad Darii iactantiam comparatio; quod enim praestare viribus non potest, verbis indulget. Ego tamen aveo cuncta perinde a vobis existimari, ut verbis etiam exprimuntur. Malo enim nos praesuspectantes aliquid difficultatis animis fortius praeparatis in rem bellicam vadere, quam fiducia hostium molliorum inopinatas offendere difficultates.' XXXVII. *43.*

39. Et ubi haec dicta sunt, corripi internuntios iubet crucibusque subfigi. Cuius supplicii merita cum *44.*

1 attemptare peterevere *P.* 3 ut quid *P.* 5 humum ipsi *P.* 8 his monitis *P.* 9 qui et comprehensum *P.* 11 cohercebere **T.**

38. 13 quatiebat *A.P.* capiebat **T.** 16 adeo *A.* ad deo *P.* quo arrogantiae *P.* 20 inritantibus **T.** 22 quod enim **T.** quod *A.P.* 23 aveo *Mai.* habeo *A.P.* 27 vadere *P.* vadare *A.*

a sese barbari defensarent ac ius legationis intemeratum sibi vellent, 'Non,' inquit Alexander, 'ex sententia vel moribus meis est forma praecepti; enim quoniam ut ad latronem a vobis ista suscepta legatio est, uti latronis etiam vehementiam iniquitatemque sentiatis.' Tum illi: nec Darium omnia pro merito eius potentiae cognovisse et se pariter opinione deceptos esse; haec cum dicerent, magnificis verbis eius exercitum praedicare viresque coepere confiteri tantas, quantas si rex quoque sedulo rescivisset, moderaturum profecto verbis fuisse. Tum Alexander neque sibi verum interficiendorum hominum consilium fuisse profitetur et maluisse potius ostendere, quid iniquitas soleat tyrannorum, quam iustitia Graeca permittat. Et post haec curari homines liberalius *45.* iubet participatque convivio dapsili et adfluente. Eius convivii tempore cum unus e numero legatorum proditionem quoque sibi regis Darii subsereret, prohibitus ab eodem est ulterius super hac re addere, quam promiserat, praesertim cum is, qui ista dixisset, mox ad regem rediturus fortunae posset ansam imprasperam dare, ne qua ab ipso quoque proditio aut proditionis causa quaereretur. 'Id enim demum ago,' inquit, 'non tam mei commodi cura quam vestri metuoque, ne cuipiam mali semen ac principium videar praestitisse.' Ad haec Persae verbis honoratioribus gratias confitentur; neque detenti ultra donatique omni auro, quod secum in loculis advexerant, ad regem cum litteris remittuntur, quae fuere huiusmodi:

39. 1 defensaret *P.* 2 ex sententia *A.P.* haec sententia **T.** 3 est forma] est *corr. ex* et *A.* et *P.* 7 et se *om.* **T.** 8 haec *om.* **T.***P.* diceret **T.** 10 et moderaturum **T.** 18 subsereret *A.P.* subsederet **T.** 22 ab ipso **T.***P.* ab illo *A.* 23 quaereretur *A.P.* proderetur **T.** 24 curam **T.***P.* 25 metuoque *A.P.* metuo quoque **T.** mali semen ac] malus eius aut *P.* 27 omni eo auro *P.* 29 fuere *corr. ex* futurae *A.* fuerunt *P.*

40. 'Rex Alexander patris Philippi, matris Olympiadis, regi regum et consessori dei Mithrae simulque cum sole orienti, maximo Persarum domino Dario salutem dicit. Turpe mihi admodum videri solet tantum regem Darium et hisce viribus confisum, deorum, ut praedicat, consessorem, sub dicionem homullorum, ut retur, contemptibilium deventurum et inter eos abiecto cuidam ac latroni Alexandro serviturum. Quippe ista magnificentia nominum ubi semel cuipiam sit persuasa, corpora membratim vel spiritus eriguntur imprudentius. Magno dolori tibi fore ista, quae pronuntiantur, intelligo; ac si superna caelitum vis abusione huiusmodi in ultionem contumeliae suae facile consurgit, equidem spero priora esse, quae spondeo, quam quae tu minaris. Quare adero ut mortalis mortalem violentiam experturus, inclinationisque eius vis ac potestas est penes superos. Nam illud quaeso te: quorsum tanto opere congestum est auri te et argenti opibus aestuare? An ut his cognitis, si modo eorum amor nobis est, spe praedae obstinatius et audacius dimicaremus? atque hinc fiat, ut superato te hinc quidem nobis in commune quaestus et emolumentum victoriae fiat, mihi vero istud, quo tute gloriare, Persidos cunctae orbisque totius accedat imperium? Sin tibi [*fors*] faverit, nihilum amplius quam oppressum latrocinium gratulabere. Adde nunc illud, misisse te mihi habenam unam vel pilam loculosque auri refertos: de quibus quamvis tu, quae visa fuerint, dicti- XXXVIII. *46.* *47.*

40. 1 matrisque T. 2 concessori *corr. ex* concensori *A.* 4 Turpe — solet *om.* T. 5 his viribus *P.* deorumque *P.* 6 concessorem *A.* 7 et *om. P.* 8 quippe si *P.* 9 ubi semel *om.* T. 10 ericuntur T. erigunt *A.P.* imprudentius T. imprudentium *A.P.* 11 pronuntiatur *P.* 12 intelligo *om. P.* 13 consurgit T. *P.* consurgat *A.* 16 vis *om. A.* 18 congestis auri et argenti opibus aestuere *Eberh.* 19 Aut ut his *A.* 23 fiat *corr. ex* fuit *a multo recentiore manu A.* quod tute *P.* 24 accedet *A.* 25 fors *add. Mai.* 26 latrocinio *A.* gratulabere *Mai.* gratulare *A.P.* 28 dictitares *P.*

taris, ego tamen mihi ut auspicato cuncta ex te concessa ac sponsa profitebor. Accepi enim habenae scilicet potestatem, ut habeam, qua in subiectos uti scientius possim; pilae vero simulamen, quoniam ex ambitu sui et rotunditate orbis imago videatur, haud dubie mihi universitatis ipsius per te imperium repromittit. Quodque hic tertium est, loculos ego auri ac si opum tuarum factam mihi accepi cessionem, subiectumque te viribus meis annuum istud mihi fore pretium servitutis depensurum.'

41. His igitur litteris palam lectis atque signatis redire internuntios iubet. Ipse tamen omni mox Syria superata ac redactis eius gentibus in potestatem ad Asiam ire contendit. Enimvero acceptis Alexandri litteris rex Darius eisque gravius et adrogantius motus ad satrapas suos ultra Taurum regentes talem continentiam scribit: Nuntiatum sibi Alexandrum Philippi, insanientem admodum adolescentem, Asiam incursantem. Igitur sese oportere eum protinus obviantes compeditum ad sese dirigere: esse enim regi consilium, uti adfectus verberibus puerilibus amictusque post veste purpurea cum talis et crepitaculis matri reddatur: sic enim Macedonum pueros lusitare. Tum fore ut, cum illi praefectus ad observantiam disciplinae Persa aliquis comitaretur, virile officium rectius disceret. Igitur oportere satrapas quidem classem eius una cum navitis alto submergere, milites vero cunctos ferro vinctos ad Rubri maris ulteriora transduci, ut illic colere iuberentur; equos ceteraque militum impedimenta sibi ipsos habere privos amicisque largiri. Sed hisce litteris nihilum ad metum satrapae moti XXXIX. *48.* *49.*

5 rotunditatis *A.* 7 Quodque id *P.* 10 pretium *om. P.* servitutis *Eberh.* servituti *A.P.*

41. 19 sese *P.* se *A.* 20 compeditum *Landgraf.* compertum *A.P.* correptum *Eberh.* 22 talis *P.* tabellis *A.* ἀστραγάλους *Graec.* 27 navitis *A.* nautis *P.* 29 et cetera quae *P.* 31 his *P.*

regi respondere: 'Hystaspes et Spinther deo Dario salutem dicunt. Miramur satis latuisse te, rex, tantae multitudinis impetum supervenire nostratibus, qui quales quantique sint, quo facilius noscitares, quinque, quos forte indidem captos haberemus, vinctos transmisimus, non ausi eorum ultra aliquid inquirere, quae sint fortassis melius regi praescitui. Boni igitur consules, quamprimumque cum exercitu vel potentissimo eidem obviabis.'

42. Sed ne sic quidem abiciendam molliendamve Darius adrogantiam putat. Enim respondet ducibus memoratis, ultra illis spem vitae agendae iam deponendam, si modo creditis sibi finibus abscessissent. Quippe virtutes hosticas magnifice executos nihilum periculi monstravisse, quo reapse scire Macedonum fortitudinem potuissent. 'Et quem enim vulneratum,' inquit, 'vestrum, quemve interemptum audiens hoc coniectem?' Nihil igitur superesse, quam uti probro fuisse huiusmodi duces Persarum regno sentiret. Sed inter haec iam Alexandrum iuxtim posuisse castra noscit propterque vicinum fluvium mansitare. Igitur ad ipsum rursus et nominum adrogantiam et deorum consortium sibi vindicans gentiumque se centum atque viginti dominum praedicans ita scribit: 'Latuitne te solum, Alexander, Darii nomen honosque ille, quo nos donat atque participat supera maiestas? eoque ausus es transmisso mari Persas veluti hostis appellere? non beatissimum ratus, si contentus imperio

50. XL. *51.*

1 Staspes et Spyntes *P.* Spynter *A.* 6 inquirere *P.* fortasse T. 7 melius *om. A.* praesciuit *P.*

42. 10 nec sic quidem *A.* 12 agendae *Mai.* agere *A.P.* 14 magnifice *om. P.* 15 quo re ab se T. qua re ab se scire *P.* quare abscessu ire *A.* 19 eiusmodi T. 21 mansitare *P.* invisitare *A.* 22 arrogantium *P.* 23 se centum *A.* sexcentum *P.* 25 te *om.* T. Darii *om.* T. 26 donat T.*A.* dat *P.* 27 ausus es transmisso *Mai.* rursus ex transmisso *A.* rursus retransmisso *P.* appellare *A.*

Pellae ac Macedoniae secessu audaciam tuam inter proximos iactitares? Enimvero usurpas et regium nomen et congregata tibi ad societatem sceleris parilium conspiratione hostem te nostri profiteris, cui quam longe praestantius foret id inter Graeculos iactitare, quos Graecos fere ut inutiles nec necessarios Persarum regna non quaerunt. Sat igitur habeo vel hoc tantum imprudentiae signum, quod ratus nos vestratibus similes huc contendisti. Quin ergo errata corrige nec addas huiusmodi facinoribus incrementum. Est enim scire nos, quibus deorum pariter et prudentia et dignitas favet, peccatis istis ut hominum subvenire. Censeo igitur, ut adorandum me venias, ne contra inobsequens poenam pro venia merearis. Quod ut tibi ratum sit, Iovem iuro et parentes meos omnem tui iniuriam protinus e meo pectore recessuram.'

43. Et haec quidem scripta regis Alexander legerat. Enim ulterius non verbis, sed gladio agendam rem ratus per Arabiam exercitum ducit atque in aequore, quod agendae rei opportunius videbatur, aciem extendit. Qua inspecta Darius spem primam eamque vel maximam in falcatis curribus ponit, qui ut facilius aciem hostium incursarent, a latere conlocantur. Sed id consilium Persae disici Alexander facilius opinatus incurrentibus curribus per acies phalangasque locum transitui pandi praedicit tumque in

XLI. *52.*

1 secessu T. sessu *A.* esses si *P.* 2 usurpas et T.*P.* usurpasse *A.* (sse *in litura*). 4 palilium *A.* conspirationem T.*P.* 5 praestantius T. praestantia *A.P.* 6 inutiles nec necessarios *P.* inutiles necessarios *A.* inutiles necessario T. 10 corrigis nec das T. corriges nec des *P.* 11 nobis *superscr.* vel nos *A.* nobis T.*P.* 12 istius T. 13 igitur ut *A.P.* enim T. ne *A.P.* nec T. 15 tui *A.P.* tibi T. 16 e *om.* T. recessuram] *in A. superscr.* vel recensuram.

43. 17 rex Alexander *P.* 20 quod *superscr.* vel quo *A.* 22 eamque *A.P.* meaque T. 23 collocat *P.* 24 dissici T.*A.* dissicit *P.* 25 opinatus T. inopinatus *A.P.* 26 locum *A.P.* loco T. pandi *A.P.* prendi *corr. ex* prandi T. praedicit T.*A.* praecepit *P.*

transvehentes peditum suorum iacula torqueri: eoque perfectum est, ut brevi omnis ille curruum numerus teneretur una equis et aurigantibus fixis. Igitur sedata formidine, quam Persae de curribus intentaverant, aequatum omne proelium videbatur. Agebat porro Alexander in dextro cornu, quod laevo scilicet Persico obviabat. Inscenso igitur equo signum increpari bellicum mandat, unaque coeuntium clamor adtollitur ancipiti satis proelio ac diuturno. Cum interea sinistrum cornu Macedonum a Dario, qui in dextris suorum agebat, vi maiore pelli conspicatur implicatosque ordines universos non tam discriminum necessitate quam multitudinis, inconsulto subpetiari laborantibus properaverat. Exim pari utrimque oborta caede cum *53.* spes exitus fluctuaret, repentino forte imbri procedente, vel adversari sibi caelites id Persae interpretati vel ad elementi eius iniuriam molliores fuga facessunt unaque his Amyntas Macedo, Antiochi filius, qui olim transfuga Darii amicitiam cooptaverat. Quippe fugientibus et tempus horae blandiebatur, quod vesperascens foeditatem fugientium pariter et periculum pertexisset. Darius tamen [*difficilius*] ratus delicatiore illa fuga et vehiculo regali periculum evitare, quodque e suggestu regiae turris promptius conspicabilis foret, currum quidem in loca quaedam abdendum mandat et avertendum, ipse autem equo conscenso properantiae consulit.

1 peditum *A. P.* militum **T.** 4 forminine *P.* 7 Inscenso *A.* incenso *P.* conscenso? 11 pelli *Mr.* belli *A. P.* conspicatur *corr. ex* conspicatus *A.* 14 utrique *P.* 15 procedente *codd.* procidente *Vinc. Bell. et Mr.* 16 coelites *Maehly.* caelitus *A. P.* 17 fugam *P.* fugam capessunt *Epit. cf.* II, 28. 19 coaptaverat *A.* ceptaverat *P.* captaverat *vel* coeptaverat *Eberh.* cooptaverat *Mai. Mr.* 20 horae *Eberh.* ore *A. P.* 21 pertexisset *corr. ex* protexisset *A.* protexisset *P.* 22 difficilius *addidi.* deligatiore *A.* delicatione *P.* 23 vehicula *A.* delicatiorem illam fugam scilicet vehiculo *Eberh.* periculum proten' sed evitare *P.*

44. Sed enim Alexander hanc sibi peculiarem *54.* gloriam adpetens, si rex fugiens comprehenderetur, animosius insecutus currus quidem armaque regalia matremque una et uxorem cum virginibus filiabus emensis stadiis sexaginta comprehendit; ipsum vero Darium non minus tenebrosior nox quam cursus velocitas liberaverat quippe iam primum in haec et huiuscemodi fortunaria dispositis equis et itinere proviso. Macedones vero potiti victoria in castra Persica migravere unaque Alexander tentoriis regiis superveniens expertus ibi primum est una cum militibus suis fortunae illius ac victoriae emolumentum. // Neque mage *55.* uspiam continentis animi moderamen Alexander potuit ostentare, quam quod in hoc fortunae favore ex aequo suae atque adversae partis iniit rationem, non secus scilicet probatis hostium navioribus, qui pro patria fortiter oppetissent, quam si quis suorum strenuus exstitisset. Cunctos igitur, quos in bello nobilitaverat militiae experimentum et mors inclytos fecerat, inquiri prostratos et magnifice sepeliri et sepulcris honorari iubet. Matrem porro Darii una cum uxore filiabusque cultu regio prosequebatur, ac si qui praeterea in potestatem hostium devenissent, fortuna pristina donabantur. Enimvero cecidisse tunc Macedonum satis constat peditum quidem septingentos, equitum

44. 2 appetens *corr. ex* petens *A.* petens *P.* 9 vero *A.* igitur *P.* 21 *Post* honorari iubet *ita pergit P.*: et quemque vulneratum curari. quamvis ipse foret gravi femoris saucius vulnere. Audito tamen captarum mulierum Darii ululatu, quibus visa arma Darii et currus opinionem caesi regis afferebant, et iisse ad eas fertur et honorifice vidisse regieque observari iussisse. Ubi additur testimonio Efestiona una cum vidissent indiscretius cultum de actu corporis melius opinatas ipsum pro Alexandro salutasse. Sed hunc errorem matre Darii erubescente dixisse regem nihil eam erroris eius paenitere debere. mutoque enim se Alexandrum salutantem. Matrem porro Darii una uxore *etc.* porro **T.** vero *A. P.* 24 donabantur **T.** *P.* dignabantur *A.*

porro centum et sexaginta, sed vulneratorum numerum in duobus milibus exstitisse. Contra Persarum desiderata quidem centum et viginti milia, praedae autem una servitiis pecuisque et quae vehebant pecunia fuit talenta quattuor milia.

45. Sed Darius fuga reversus longe auctiore XLII. numero contracto in Alexandrum moliebatur suisque *56.* undique convenire, in quantum manus armari potuerat, iubet. Id tamen comperiens Alexander ex hisce exploratoribus, qui in dicionem Macedonum devenissent, omniaque illa Darii milia iuxta Euphraten castra posuisse, ipse quoque ad Scamandrum, ducem suarum partium, qui curabat tunc Macedoniam sese profecto, scribit omnis phalangas, quas [*haberet*], armare, aut si quid praeterea in auxiliis virium foret, propere admoliretur, neque enim hostis longius adsidere. Quae dum pro commodo festinantur, ipse una exercitu Achaia peragrata multisque praeterea civitatibus receptis aut quaesitis etiam centum et septuaginta milia collegit armatorum Taurumque transducit. Tumque summo in culmine Tauri montis hasta defixa dixisse fertur, quisquis illam rex milesve Graecus aut barbarus humo evellere ausus foret, edictum sibi urbis ac patriae suae suisque excidium meminisset.'

46. Ipse tamen ad civitatem Pieriam, quae Be- *57.* bryciae urbs habetur, iter exim fecit; qua in urbe et

1 numerum *Mai.* hominum *A.P.* 2 in *om. P.* duabus *A.* 4 pecuisque *A.* pecuniisque *P.* pecusque **T.** *inter* Persarum *et* pecusque *in* **T** *tres versus fuerunt, quos legere non potui; verba in A et P tradita duorum tantum versuum spatium in* **T** *complerent.* **45.** 7 novum proelium moliebatur *Eberh.* 8 undique *A.P.* unicuique **T.** 9 his *P.* 11 iuxtim *P.* 12 Scamandrum *A.P. Epit. Graec.* Cassandrum *Mai. Mr.* ducem *A.* decem *P.* 13 qui *P.* quique *A.* 14 haberet *addidi.* armaret *Mai. Mr.* 15 propere *P.* propterea *A.* 20 Tuncque *P.* 21 de defixa *P.* 22 *a* 'Graecus' *usque ad* 'patriae' *in* **T** *tres versus sunt, qui legi nequeunt; verba in A et P tradita duorum tantum versuum spatium complent.* **46.** 25 bebriciae **T.** quam Habruchiae urbs habetur *A.* quae Babruciae dicitur *P.*

templum opiparum et simulacrum Orphei erat admodum religiosum. Ibidem Musae etiam Pierides consecratae videbantur unaque omnigenum figmenta viventium Orphei musicam demirantia. Cum igitur admirationis studio simulacrum illud Alexander intueretur, sudor repente profluere et per omne simulacri illius corpus manare visus non sine admiratione videntium fuit. Motus ergo portenti novitate coniectatorem vel celebratissimum Melampoda sciscitatur, quid tandem ille sudor sibi simulacri minaretur. Tum ille: 'Sudor sane largus laborque,' ait, 'quam prolixissimus tibi quoque in his rebus praesentibus, o rex, erit; quippe et gentium peragratio et operum difficultates tete manent, quod illi quoque Orphei fuit, qui peragrans urbes Graecas et barbaras ad favorem sui animos admirantium flexerit.' Hisce auditis Alexander *58.* honore quam largo Melampoda muneratur. Eximque in Phrygiam venit atque illic Hectora Achillemque unaque alios heroas divum honore participat. Praecipue tamen Achillem veneratur ac rogat, uti sibi et ipse faveat et dona, quae ferret, dignanter admittat. Haec enim a sese non ut ab externo ac superstitioso, verum ut consanguineo ac religioso dedicari:

> Hinc primus extat Aeacus Iovis proles,
> Atque inde Peleus Phthiae regna possedit,
> Quo tu subortus inclyta cluis proles;
> Pyrrhusque post id nobile adserit sanguen,
> Quem subsecuta est Pieli fama non dispar;
> Pielique proles Eubius dehinc regnat.

2 ibidem *A.P.* eidem **T.** 5 illud Alexander *om. P.* 11 Sudor sane largus *etc.* **T.** *P.* sudor sane largus labor est qui erit quam *etc. A.* prolixus *P.* 12 his *om. P.A.* 13 et *om. A.P.* 14 manentem *P.* orfei **T.** *P.* Orpheo *A.* 15 barbaros *P.* faborem **T.** 17 largo *A.* longo *P. In margine cod. P. hic adfertur* 'ex alio auctore' *locus Itinerarii cap. X (ed. Volkm.)*: Fuit tamen Alexandro — pactus est. 18 unaque *A.P.* una **T.** 20 veneratur **T.** muneratur *A.P.* 22 ut *om.* **T.** 24 eacus **T.** *P.* itachus *A.* iobis **T.** 25 phthyae *A.P.* pueriae **T.** 28 Pieli *Mai.* pieri **T.** *P.* pueri *A.* 29 Pielique *Mai.* pierique *Codd.* eubius *A.P.* ubius **T.**

Post Nessus ardens excipit domus nomen,
Argusque post id, qui potens fuit Xanthi.
Ex hoc Arete nobilis genus ducit.
Areta natus Priami nomen accepit,
Tryinus unde, et Eurymachus post illum,
Ex quo Lycus fit dives, et dehinc Castor.
Castore natus est Dromon, qui dat Phocum.
Atque hinc suborta est Metrias, quae suscepit
Neoptolemei nominis vicem dignam;
Cui substitutus Charopus. Hic Molossorum
Regni potitus auctor exstitit stirpis
Nostrae .....
....erit que viscus inclytum matris,
E qua subortus vestro sanguini adnector.
Quaesoque nomen adseras tuum nobis,
Bellisque praestes gloriasque subtexas,
Velut feracis seminis ∪ – fructum,
Quod cuncta late spatia terrae pervadat:
Unaque metis nostra fac Phaethonteis
Regna explicari, mundus adserat cunctus.

47. Haec precatus in istum Alexander modum *59.* ibidem flumen Scamandrum cum videret clipeumque Achilli templo Herculis consecratum, nec alvei illius latitudinem demiratus nec magnificentiam clipei pondusve famosum, ‘O te beatum Achillem,’ fertur saepe dixisse, ‘qui Homero praedicatore celebraris!’ His auditis ab eodem cum multi admodum litterati studiosius erga amicos religioneve tracti iter eius prosequerentur parique sese stilo opera sua prosecuturos esse promitterent, optasse se dixit vel Thersitem apud Homerum mage, quam apud scriptores eiusmodi Achil-

1 domos *A.* 3 arete *A. P.* aretes **T.** ducit **T.** *P.* duci *A.* 4 accepit *A. P.* accipitis **T.** 5 Trynus *P.* in dus **T.** erimachus *A. P.* 6 licus **T.** *A.* luciis *P.* Castor *om.* **T.** 8 hinc suborta est Metrias quae *om.* **T.** 9 Neoptelemei *A.* Neoptolomei *P.* Neoptolemi **T.** 12 *exciderunt nomina Alcetae et Neoptolemi. cf. Paus. I, 11.* 13 erit qui viscus inclitum **T.** sicque iustum inclitum *A.* eritque iustum inclitae *P.* 14 adnector **T.** *P.* adnotor *A.* 18 late *P.* lex *A.* 19 fac *om. A.* fac et hoc teis *P.* 20 cunctus *P.* totus *A.*
47. 22 clypei *A.* clipeus *P.* 25 Achilles *P.* 27 studiosius *Codd.* studio eius *Schlee.* 28 religionemve tractum eius *P.* 29 persecuturos *P.* 31 mage *P.* magis *A.*

lem putari maluisse. Huc usque tamen comes eius itineris ac laboris mater Olympias fuit. Sed exim participato convivio cum illam ad Macedoniam remisisset, dat una ducere comitatum spectabilis multitudinis optimatium captivorum; ipseque devertens iter institit ad Darium.

48. Igitur cum sibi per urbem Abderam trans- XLIII. itus foret, obseratis urbis suae claustris Abderitae, eum *60.* ne reciperent, obfirmaverant. Id contumeliam ratus et convenire protinus milites et urbem illam igni vastare mandavit. Sed legatione Abderitae docent sese illud non odio contemptuve Graeci regis eiusque iustissimi factitare; enim metuere impetum barbarorum motusque Darii inconsultiores; cui si potestatis aliquid in sese relictum foret, non absque poena Abderitarum fore, quod Alexandrum in amicitiam contra Persae commoda receptassent. ‘Igitur reverso tibi,’ aiunt, ‘et victori parebimus.’ Ad haec rex illum, quem conceperint de Dario metum, abicere supplices iubet neque ulterius eius vim atque impotentiam formidare. Nunc tamen se velle, respondit, urbem quam confidentissime reserent, se in praesenti oppidum haud ingressurum. ‘Enim cum revenero,’ inquit, ‘non hospes vobis, sed amicus ero.’ His dictis iter ad Euxinum XLIV. tendit omnesque sibi urbes eius litoris vindicat.

49. Equestri denique Neptuno sollemniter ope- *61.* ratus ad Maeotim paludem venit asperam satis et inviabilem prae rigore. Quae circa occupatus omnibus hisce deficitur, quae ad alimoniam requiruntur. Igitur

1 comes *om. P.* 2 ab laboris *P.* 5 iter *A.* iam *P.*
48. 7 abdiram *A. P.* 9 inciperent *P.* 11 mandare *P.* 14 potestatis *Mr.* post ineatus *A.* post maius *P.* aliquando *P.* 15 fore *P.* foret *A.* 16 Alexandro *P.* 17 receptasset *P.* 18 illi *P.* conceperunt *P.* 20 eius *om.* **T.** 21 nunc **T.** *P.* nec *A.* se *om.* **T.** quam fidentissimam **T.** 22 aut **T.** *A. om. P.* 23 hospes et amicus vobis ero **T.** 24 Hisce dictis ad iter euxinum tendit omnes sibi **T.**
49. 29 Igitur *om.* **T.**

fame obsessus ita praesentibus consulit, uti equos militum interfici iuberet eisque milites vesci. Enimvero quamquam id consilium ferme ex necessitate sequerentur, tumultus tamen et indignatio omnium congruebat, veluti studio factum, ut necessitate praesenti spes sibi futura laberetur. Quare cum omnis militaris observantia solveretur neque ad custodiam solitam vigiliae ceteraque munia servarentur, rex motus in haec verba contionatur: 'Neque me fugit, fortissimi *62.* milites, rem militiae necessitatisque bellicae prima subsidia equos haberi oportere, quos ego interfici iusserim et de usu illo ad alimoniam victumque proficere. Sed cum in ea re duorum nominum periculum versaretur, ut aut equis aliti viveremus aut hisce servatis vel priores vel pariter oppeteremus, secutum me fateor consilium, quod pro deteriore melius videbatur. Quippe spem foveo diis coepta iuvantibus fore, uti cum primum gentem aliquam et subsidium uberius nacti fuerimus, equos quoque haud deterioris usus parare sit nobis facultas. Quippe si vos, quod omnes superi difflaverint, detestabili illa necessitate ac fame animas poneretis, milites quidem forsitan possem, sed Macedonas milites ubinam repperissem? Quare animos reformate in melius vobisque suadete nullum esse vestrum adeo sui amantem atque sollicitum, quem non pro se mea cura praevertat.' Hisce dictis sedati erant animi militum revocatisque viribus ad officia castrensia sese converterant. XLV.

50. Quare perculsis plurimis civitatibus iter in *63.*

1 obsessus *P.* obsessos **T.** obsessis *A.* 2 iuberet **T.** *P.* iubeat *corr. ex* iubet *A.* 3 quamquam ad consilium *P.* ferme **T.** *om. A. P.* 6 cum **T.** *P. om. A.* 9 me *om.* **T.** 12 iusserim **T.** *A.* iusseram *P.* de usu illorum *Mr.* vinctumque *P.* 17 iubantibus **T.** 20 si vos **T.** *corr. ex* sivis *A.* sivis *P.* 22 ac fame **T.** fame *P.* famis *A.* 24 vobisque *A.* vobis *P.* 26 prose mea cura praevertet (tat?) **T.** praesumo mea cura praevertet *P.* pro sūma cura praevertat (mā *in litura*) *A.* His *P.* 28 castresia *P.*

50. 29 percolsis **T.** percussis *P.* persis *A.* civitatibus *om.* **T.**

Locros protinus vertit. Qua in urbe refectis animis omnium Agragantum tendit. Eam urbem ingressus nihilum moratus scandit Apollinis templum sacerdotemque, quae ibidem antistabat, solitam vaticinari in id ipsum coepit urguere. Enimvero cum vates dei in se spiratione cessante nihil tale se posse fateretur, Alexander motus, ni faceret, interminatur tripodam quoque se ad Herculis fabulam sublaturum. Et cum dicto aufert scilicet tripodam, quem Croesus quidem opulentissimum consecrarat; sed per eum divino spiritu commeante vaticinari antistitem fas erat. Tum fertur ex adyto vox ad Alexandrum: 'Id quidem, quod tu facis, Hercules fecit et ille deus et tu divinitati iam destinatus. Quare te par est nihil in nostri contumeliam niti, si modo virtutibus tuis ex favore numinum consulis.' Hisce dictis ex adyto addit et vates: 'En vides, rex, quod illa tibi numinis praestigiat divinatio, quae et Herculem et Alexandrum vocat. Igitur praenuntio tibi fore actus tuos humanorum omnium fortiores nomenque per saecula porrigendum.'

51. Hinc cum Thebas Alexander transcendisset XLVI. peteretque Thebanos indidem armatorum mille comi- *64.* tatum, Thebani portas post haec praecepta clauserunt, factique eius temeritatem cum supplicatione non excusassent, arma sumpsere et ad resistendum violentiae Alexandri sese paravere; adduntque his illud: quingentos armatos e suis muris insistere ac voce maxima

1 qua *om.* **T.** agragantiis ostendit rex urbem **T.** 2 *Quae a verbis* 'Eam urbem' *usque ad finem huius capitis leguntur, om. P.* 6 se *om.* **T.** 9 tripoda **T.** 10 opulentissimo **T.** 11 antistites **T.** 12 *Versus Eberh. ita restituere conatus est:* Id quidem quod tu facis | Ille fecit Hercules | Ut divinitati iam | Destinatus et deus | Quare et te par est nihil | Nostri in contumeliam | Niti, si modo tuis | Consulis virtutibus | Ex favore numinum. 14 nostri *A.* nostris **T.** 17 vatis **T.** illud **T.** praesgia **T.** 18 quae Herculem Alexandrum **T.** 19 praenuntiari fore **T.**

51. 21 Alexander *om. P.* 23 clausere *P.* 24 excusarent *P.* 26 se praeparavere *P.* 27 ad vocem maximam *P.*

clamare iussere atque Alexandro dicere, uti aut veniret ad proelium aut de moenibus et obsidione discederet. Sed ad haec ridens Alexander, ‘O vos fortissimos,’ ait, ‘qui cum ipsi custodiam vestri murorum vallo teneatis, nobis praecepta bellandi praebetis!’ Igitur gerendum his ait morem proeliaturumque se minatur, non ea tamen opinione, qua cum fortibus disceptaret; enim protinus iubet mille quidem equites circumvallare *65.* eos, qui in muro constiterant, pedites vero securibus vectibusque adgredi claustra portarum ac fundamenta subruere murorum. Non enim difficile esse id aedificium armis excidere, quod per lyrae cantus et musicam tumultuario convenisset; et statim inici flammas arietesque admoliri iubet, quorum crebro et vehementi admodum pulsu non difficile nec diu casus omnium est moratus. Ipse vero cum [mille] funditoribus [totidem] obire discursim, adeo ut omni telorum genere fatigatos aut prosternerent Thebanos aut vulnerarent. Atque ita tertio fere die conlapsis omnibus, quae obstabant, invehitur Alexander Thebas eamque diripere exscindereque festinat tot scilicet saeculis et Cadmi ceterorumque imperiis nobilem.

52. Ad quam fortunam ceteris praestupescentibus *6 6.* prae vi malorum uni tibicinum forte consilium subit aptare tibias et melos, quam posset fabrile, canere regis pedibus provolutum. Quod cum Alexander videret acuto et religioso consilio efficax multum atque ad movendam sui misericordiam esse provisum, tunc auloedus ille manibus extensis:

2 subsidione T. *A.* obsidione *P.* 3 fortissimos *A. P. in A superscr.* vel stultissimos dixerim. 4 ait *P.* at *A.* 7 disceptaret. Enim *Kluge.* disceptare. Etenim *A. P.* 11 id aedificium *P.* ad aedif. *A.* 15 non difficile ⟨muri succutiuntur⟩ *Eberh.* 16 mille *del. Eberh.* 21 exscindereque *A.* et scindere *P.*
52. 25 febrile *A.* flebile *Mai.* 26 provolutus *A.* 28 *post* provisum *Eberh. inserit* permisit. 29 auloedus *Mai.* aulo eius *A P.*

Hancine tu urbem, maxime regum Alexander,
Properabis exscindere, quam tibi dii
Immortales, prosapiae tuae principes,
Pepererunt? nonne te subit hinc Liberum
Ortum? hanc Herculis esse nutricem,
Hinc illa orgia et praestantissimos
Deorum cultus diffusos esse per mundum?
Boni igitur consules ac facesses
Ab hac tam sacrilega voluntate.
Neque enim, si quid inpatientius
Ira belli mandavit, non mox te
Ad poenitentiam reversurum....

Addebat etiam:

Hos tibi muros, haec moenia Zethus ille
Vel Amphion, stirpis tuae pars maxima,
Apolline Musisque adminiculantibus
Fecit. Nec vides in rem tuam tuique
Generis gloriam te saevire? Quid quod
Idem illi dii, praestites et maiores tui,
Laetitiam suis et ultionem ex hostibus,
Pacem denique etiam ignotis
Maiestate sui et virtutibus peperere?
Hoc Liber ex India, hoc nobis Hercules
Ex omni terrarum orbe procurat:
Quorum te malo imitatorem potius
Quam invidentem fuisse. An tibi putas
Sine sacrilegio rem futuram
Locum istum ferro et igni populari,
In quo Semelen suam rex deum Iupiter
Maritaverit, in quo Alcumenam quoque
Eiusdem Iovis ulnae dignitatae sunt?

53. Addebat et fabulas, quaecumque Thebanae *67.* sunt, et memorias religiosas, quas vetus historia commendat. Sed hic commotior rex ‘Quam vellem,’ in-

4 peperunt *A.* 6 origa et praesentissimos *P.* 8 facesse *A.* 10 impatientius *Eberh.* impatientibus *A. P.* 12 *ante* reversurum *Mai inseruit* arbitror. 14 Hos muros *P.* 18 quicquid *A.* 19 illi idem dii praedites *P.* 21 etiam T. tum *A. P.* 22 pepere *A.* 28 populari *P.* postulari *A.* 30 alcmenam *A. P.* 31 ulnae dignitatae sunt *Keil.* eiusdem iovis iune (*vel* uine?) dignitate sunt *P.* isdem iovis dignatus sint *A.* idem toris dignatus sit *Eberh.*
53. 34 vellet *A.*

quit, 'o tu, qui civium tuorum infortunio subfragaris, consultor potius fuisses in melius et illic tuam prudentiam exercuisses, ubi cautione opus fuerit, non huiusmodi experimento! Quare neque tibiis vinci pectus martium potest nec contumelia militaris tam artificio quam supplicatione sopitur.' Et post haec peragi omne excidium iubet. Sed Thebani, quicumque fugae contra eversionis suae impetum consuluerant, ubi tempus fuit, congregati sciscitatum Apollinem mittunt, ecquid sibi redintegrare urbem Thebanam fata permitterent. Ad haec igitur huiusmodi Apollinis est responsum: XLVI.

Maiugena, Alcides, et Pollux cestibus auctor
Arte sua Thebis reditum cultumque dedere.

Hac sorte data opperiebantur Thebani, si quid tale proveniret.

54. Alexander vero cum Corinthum devenisset eamque occupavisset, forte acciderat sollemne certamen gymnicum apud illos agitari; unde Corinthii quoque, uti adesset atque illi certamini praesideret, magnopere contendunt. Adnuit igitur rex; cumque plurimos pro merito coronis donisque largissimis muneraretur, Thebanus quidam, cui Clitomachus nomen esset, certamen luctae profitetur idemque de cestibus pugnam atque identidem pugillatum; denique tria ista certamina idem profitetur et subit. Ergo cum primum luctando adversario praestitisset coronamque laboris exegisset, iubet Alexander cetera quoque eundem prius exsequi, quae promisisset, quaeque si pari fortuna obtineret, nihil omnium fore, quod sibi petenti rex negaret. Igitur usus fortitudine atque fortuna cum cestibus potior et pugillatu felicior foret, *68.*

5 militaris artificium quam supplicatione *P.* 7 omne *om. A.* 8 fuga controversionis *P.*

54. 19 apud chias *superscr.* vel illos *A.* apud pthias *P.* 28 exegerit **T.** 29 quaequae *A.* quae *Eberh.* 32 cum esset cestibus *A.* cum celestibus potior ut pugilatu *P.*

revertitur ad regem coronandus. Sed ab eo cum quaereret praeco more sollemni, quis esset nomine quemve se civem profiteretur, ut illud ex more praedicaretur, Clitomachum quidem se appellari ait, civitatem vero habere desisse. Sed id cum coronis reditis iam deesse diceret Alexander gloriae victoris illius, addit Clitomachus olim se habuisse etiam civitatem, sed priusquam Alexander regnum adeptus foret; eo vero imperante sibi patriam deperisse. Hinc intellecto, quo pergeret intentio deprecaturi, uti suum esset, quod ille foret pro patria petiturus, edici per praeconem iubet: condi Thebas esse permissum in honorem scilicet trium deorum, Mercurii, qui repertor luctandi cluat, Herculisque, qui pugillatus invenerit, Pollucis etiam, qui cestibus sit magister. Eoque effectum est, uti oraculum Apollinis congrueret cum Alexandri pronuntiatione. *69.*

1 revertit *P.* 2 et praeco *A.* 6 Alexandri *corr. ex* Alexander *A.* victor *A.* 10 deprecaturi *A.P. in A corr. in* deprecantis. 11 illi *P.* per praeconem **T.** praeconem *A.P.* 13 honorem *Mr.* honore *A.P.* 14 pugillatos *P.* *Subscripta sunt in A et P haec:* 'Iulii Valerii Alexandri Macedonis Translatae (translata *P*) ex Aesopo Graeco Liber Primus explicit (*om. A*) Qui Est Ortus. Eiusdem Incipit Liber secundus feliciter' *in* **T**: IVLI VALERI ALEXANDRI VCI POLEMI ALEXANDRI MACEDONIS ORTVS LIBER PRIMVS EXPL INCIPT ACTVS EIVSDEM LIBER SECVNDVS.

LIBER SECUNDUS

QUI EST

ACTUS ALEXANDRI.

1. Igitur Alexandro iter e Corintho Plataeas I.
erat, urbem quidem illam operis maximi populique, *1.*
enimvero religioni intentam Proserpinae deae, cuius templum etiam erectum ad magnificentiam visitur. Sed forte illo in tempore annuo sacro tegmen numini parabatur. Coniectura vaticinandi sacerdoti eiusmodi fuit, multum ad gloriam gestarum rerum et gerendarum eidem Alexandro auspicari, quod illo in tempore sacris supervenisset; idque responsum et ad spem et gaudium illi fuit, liberaliterque acceptam vatem a se dimittit. Enim et aliud testimonium vati ad veri- *2.*
dicentiam forte tale provenerat. Stasagorae quippe, magistratui Plataeensium, postea ingresso templum locumque eum, in quo idem tegmen numini texeretur, cum ei perexiguum superesset, adversum ea vates, quae secunda Alexandro praecinerat, illi respondit eumque ait magistratu suo protinus deponendum. Quod cum inclementius vir ceteroqui melioris conscientiae accepisset, in iram commotionemque conversus increpare vatem falsidicentiae coeperat. Verum ad haec sacerdos: 'Ne sane,' inquit, 'moveare his dictis, o vir; nam cuncta ista, quaeque hominibus divinitus praenoscuntur, colligi coniecturis argumentisque praenosci diis sedet. Accipe denique argumentorum vias. Quippe *3.*
ut illud melioris spei Alexandro diceretur, id temporis supervenerat, quo insigniri vestis intextu purpurae coeperat. Id enim demum ad ornamentum rei praeparatae adhibebatur. Enimvero, ut vides, iam textu ferme completo et labore omnis operis absoluto tumet ingressus. Igitur quod ista vestis ab opere laboris pausam haberet, idcirco non ab re visum est tibi quoque terminum magistratus futurum.' Id cum altius animum Stasagorae descendisset simulque metu ponendae potentiae ageretur, quo vates sibimet, non Stasagorae contraria praedixisset, ipsam illam sacerdotio deduci iubet.

2. Quod cum Alexandro nuntiatur adversum II.
iudicium et gratiam suam Stasagoram nisum, graviter *4.*
infestus eundem illum, ut praedicatum fuerat a sacerdote, spoliat magistratu sacerdotemque loco restitui iubet. Quod igitur Stasagorae magistratus ab Atheniensibus datus foret, eo recurrit ibique iniuriam facti deflens opem ab his, a quibus dignitatem illam acceperat, imploravit. Animo incitatiore Athenienses ne verbis quidem a regis contumelia temperavere. Quibus acceptis Alexander in hanc sententiam litteras ad Athenienses dedit: 'Equidem me scio post susceptum *5.*
patris mei regnum procuratione fortunae iampridem occiduo orbe disposito, idque per litteras, pacatisque his partibus et ad auxilium exercitus mei commilitio

1. 4 Igitur *om.* T. 6 intentum *P.* 7 magnificentia *P.* 8 *Quae a verbis* 'Sed forte illo' *usque ad verba capitis secundi* 'contumelia temperavere' *leguntur, om. P., qui solam hanc sententiam exhibet:* Dirigunt autem Alexandro Athenienses litteras, in quibus nec a regis quidem contumelia temperavere. 12 sacris *scripsi.* sacri *A.* 16 Platensium *A.* 19 eumque ait *Mai.* eum quaerit *A.*

7 purpurae *Mai.* purpureae *A.* 15 quo *coni. Mai.* quod *A.*
2. 19 graviter infensus *Eberh.* 28 ceptum *P.* 29 iam pridem *A.* etiam primum *P.* 30 orbe composito *Eberh.* pacatisque *Haase Miscell. phil. II, p. 26.* paratisque *A. P.* 31 exercitus mei *Haase loc. cit.* eius mei *A.* et auxilium mei *P. et* T. (?)

copulatis gratiam reliquis eius studii fecisse, contentum his modo, qui mecum a Macedonia inierant hunc laborem, quorumque comitatu Europa nobis omnis accesserat. Sed ex his omnibus Thebanos quidem non levi de causa occidione interemi. De Atheniensibus vero spes mihi erat dextros mihi satis et obsequentes futuros. Enim cum secus dictis vos insolentibus velitatos audierim, accipite sententiam meam non verborum scilicet agmine gloriantem — quod decentius fieret a potentiore —, verum uti sciatis boni vos consulturos, si praeceptis mandatisque nostris libentem operam commodetis. Aut enim meliores esse oportet aut melioribus obsequentes. E qua re mille annua talenta dependi mihi ab Atheniensibus iubeo.'

3. Ad haec illi rescribunt: 'Non nos diffitemur II. et patris tui vita diu offensos et eius morte gavisos *6.* esse; quod idem iam coepimus tui quoque velle, iuvenis inconsultissime, cum tibi ab Atheniensibus dependenda mille talenta scripseris, uti scilicet inter nos principium bellandi parares. Quod si tibi tanta est confidentia, paratioribus occursabis.' His rescribit *7.* Alexander in haec verba: 'Iam quidem miseram Leontam, qui vos excisos linguis ulcisci vecordiae potuisset vestrosque una oratores ad me perducere. Enim consultius visum est ipsum me ad evertendas Athenas protinus militare, quia iussis nostris obieceritis contumaciam. Si igitur declinando huic experimento consulitis, decem oratores vestros ad me deduci patiemini. Hoc enim modo reliquorum urbisque vestrae habebitur ratio.' Hisce Alexandri litteris cum hoc tantum, non se facturos esse, superscripsissent, eandem epistolam

2 a Macedonia *A.* e Macedonia *P.* 5 interimi *P.* 9 quod *P.* sed *A.* 11 consultores *P.* 13 E qua re *A.* eaque re *P.* **3.** 16 diu *om. P.* 17 tui *P.* de te *correctum ex* suis *A.* 18 ab *add. Mai. om. A. P.* 21 rescriptis *P.* 24 perduceret *P.* 26 quia *A.* que *P.* obieceritis *Schlee.* obiecerit *P.* abiecerit *A.* 29 urbis *A.* 30 His *P.*

referri protinus mandavere. Quae causa cum mox curiam contraxisset deliberationi praesentium necessariam, orator Aeschines in haec verba contionatus est:

4. 'Etsi video, Athenienses viri, quantum nos *8.* impendeat ex praesenti, propiusque et saluti vestrae communi et voluntatibus stare dedi nos Alexandri voluntati, tamen comprehendisse me sentio . . . . . neque commodis vestris neque, quod ad nos pertinet, saluti propius videri, quam si in hac sententia perseveretis, uti condicionibus regiis praeceptisque pareamus. Non enim inani iactantia periculum periclitandi videor mihi hanc fovere sententiam, sed quod intuear spem cupiti infirmiorem, cum et Alexandri institutionem et Philippi vehementiam recordor atque considero. Etenim Philippo adrogantiae mos propior erat, Alexandro vero adsunt Aristotelis disciplinae. Neque in hoc ducor, ut qui illis educationibus laborarit, non his reverentiam deferat, a quibus ortae sunt sibi hae disciplinae ipsique ars regnandi sit tradita. Quare fiet, profecto fiet, ut omnem intentionem animi, quam ad nos armasse videbatur, in benivolentiam protinus vertat, nisi mavultis mage arma hominis experiri.'

5. In hanc fere sententiam cum Aeschines per- *9.* orasset, Demades e numero oratorum, viribus haud contemnendus, intervenit atque hinc oritur: 'Quousque tandem, Aeschines, meditatis hisce et ad mollitiem effeminatioribus verbis timiditates nobis et dissolutio-

1 quae causa *A.* qua de causa *P.* 2 deliberationi *P.* deliberatione (e *in littura*) *A.* necessariam, *sed* m *erasum*, *A.* necessariam *P.* **4.** 4 non impediat *P.* 5 salute vestra *A.* 6 didi *A.* 7 *Lacunam statui propterea, quod folium VII d. codicis Taur., quamquam legi iam non potest, tamen tribus vel quattuor versibus plus continuisse patet, quam in A. et P. traditum est.* 12 spe cupiti formiorem *A.* 13 et *om. P.* 15 proprior *A.* 17 laboraret *A.* 18 sibi hae *A.* eaedem *P.* 21 benivolentia *P.* 22 mavultis *Mai.* mavult *A. P.* **5.** 24 e numero *Mr.* numero *P.* enimvero *A.* 25 ex oritur *A.* oritur *P.* 26 his *P.*

nes Atheniensibus struis territans nos et avertens a belli studiis, quibus inclyti semper atque inopinabiles fuimus? Aut quae te tam infesta caelestium vis in haec verba sollicitat, cum tu suaseris et merito olim constanterque persuaseris arma nos sumere adversum Persas et in illa tot hostium milia instructos ferme sola animi virtute militasse, at nunc contra, quasi intentos arcus, sic idem obfirmatas sententias nostras remittendas ac relaxandas putes? Censesne igitur vitandam declinandamque nobis pueritiam cum tyrannide, duo nomina inconsultissima, freta temeritate sola et audacia patris confidentissimi? Deinde illi nos horum tela atque aciem perhorrebimus, qui Xerxae milia averterimus, Lacedaemonios vicerimus, Corinthios straverimus, Megares in fugam verterimus, Zacynthios exciderimus? Nosne ergo Alexandro illi quem dixi, ut Aeschines suadet, vitabimus obviare?

6. Enimvero ait memorem illum magisterii vestri *10.* disciplinarumque, quas apud nostros peritos acceperit, et pudore flectendum et reverentia molliendum vultusque ipsos nostros religione praeteritae consuetudinis minime aspernaturum. O rem ridiculam et puerilis, me dius fidius, abiectaeque sententiae! Absentes nos contumeliis lacessivit et ad supplicium dedi sibi tyrannico spiritu postulat et interitum nostrum molitur civitatisque praeludit exitium is, a quo praesenti nobis humanitatem istam et amicitiam hariolamini. Nam que illud mage nunc ante oculos venit, Stasagoram nostrum Plataeensium magistratu deiectum? in cuius

7 At *A*. Ac *P*. 8 intentos *correctum in* intentus *A*. nostras remittendas *om*. *P*. 11 temeritatem scilicet et audatiam *P*. 12 illos *P*. 15 Megares *Epit*. Megarenses *Mai*. mageros *A*. megaris *P*. verterimus *A*. averterimus *P*. 17 vitamus *P*.

6. 20 ut reverentia *P*. 25 molitur *scripsi*. interitum nostrum moliens civitatis praeludit exitio *Mr*. iter nostrum olym civitatisque praeludit exitium *A*. inter nostrum olim civitatisque praeludit exitium *P*. 26 praesenti *A*. praeferri *P*. 27 amicitias *P*.

scilicet contumelia nostra iniuria continetur, quod illud, quidquid nostrum universitati moliatur, in illo priore signaverit. Is ergo exspectabitur, ut praesentia nostra moveatur, quem Stasagorae purpura et magistratus facesque minime moverunt, cum in illius unius nominis dignitate puero isti universae Atheniensium curiae maiestas obviaret atque oculis eius sese et vultibus ostentaret, siquid tamen recte sapere didicisset? Is ergo nostram praesentiam mitius opperietur, an mage, cum semel in eius manus potestatemque venerimus, dedet suppliciis ultionibusque poenalibus?

7. Et haec quidem sint dicta de moribus. Huc *11.* tamen addite aliquid etiam de eius aetate, in qua aestimatu perfacile est, quod illa dimicare forsitan confidentius, consulere dementius possit. Enimvero, ait, Tyrios excidit: neque enim poterant illi forsitan restitisse. Thebanos evertit: non illos quidem inertes aut belli artibus alienos, sed enim frequentibus admodum discriminibus fatigatos. Peloponnesios, ait, captivitate subiecit, neque hoc addit: non bello, non telis, enimvero lue corruptos et fame. Hic nunc, si placet, hic sane proferte in medium nostra Xerxique experimenta, qui mare molibus presserit, qui altum illud navibus straverit, qui terram illam omnem exercitu suo texerit, qui aëra ipsum telis iaculisque velaverit. Deinde illum quidem Persen adeo spirantem et confidentem abegimus incensis eius navibus aut etiam superatis, et tot illa milia exercitus ab hac civitate repulimus Cynaegiro et Antiphonte et Mnesicharmo aliisque non multis illi violentiae occursantibus. Nunc autem nos, quorum duces roburque virium enumerare difficile est, reniti Alexandro decli-

7 curiae *Mai*. curae *A*. *P*.

7. 13 Hunc *P*. 18 non *P*. nam *A*. 26 exerit *A*. 27 sed enim illum quidem *Eberh*. Persen adeo *A*. ꝑ sona cto *P*. 33 declinabimus *Mai*. declinavimus *A*. *P*.

nabimus, puero confidenti, et hisce noxiis satellitibus, qui imprudenti imprudentius obsequentes temeritatem eius praecipitare mage poterunt quam fulcire?

8. At quos — id per deos deliberate — quos tandem *12.* destinandos Aeschines censeat decem pariter oratores? Eosne omnes, quorum singulis saepe salutis vestrae consilia rexistis? Neque hoc videtis Alexandrum vobis subtili quodam et clandestino consilio monstrasse, quid illud sit tandem, quo ipse quoque intelligat se disparem Atheniensibus fore? Quippe cum in rebus agendis bellicis pariter atque civilibus omne factum fundari stabilirique videatur utilitate consilii, ut tunc demum rectius atque consultius manuum opera subsequatur, id ipsum vobis avertere ac praevenire conatur, ut veluti inermem ratem sollertia gubernantis sic vos urbemque Atheniensium totam desertos consiliariis vestris opprimat et incurset. In quo ne quid a militibus † de oratoribus dixerim: equidem puto vel canes decem solo latratu suo et infestissimis lupis et ceteris bestiis terrori esse, etiamsi in illos dente nil valeant; his vero quiescentibus aut facessentibus vel ignavissimam bestiam totis gregibus perniciosam satis atque infestam esse consuesse.'

9. In hanc fere sententiam Demades dixerat. At III. vero Athenienses Demosthenis tunc consilia flagitabant, *13.* quod scilicet eius viri orationisque maiestas saepe eorum commoda consiliaque rexisset. Tum dicitur is orator consurrexisse, manuque de populo tumultuante silentium poscens in haec erupit: 'O cives

1 his *P.* noxiis *Mai.* noxi *A.* noxio *P.* 2 imprudenti *A.* imprudentes *P.*

8. 4 At quos *scripsi.* Ad quosque *A. P.* quos tandem *scripsi.* quid tandem *A. P.* 8 quid illud *P.* quod illud *A.* 17 ne quid a militibus *P.* nequidā militibus *A.* ne quid ambitiosius *Boysen Philol. 1883 p. 308.* ne quid immirabilius *Rönsch* (*Zeitschr. f. östreich. Gymn. XXXIV p. 896 sq.*). 19 et infestissimis *A.* infestissimis *P.* 20 dente *P.* dentes *A.*

9. 27 Cum huius orator consurrexisset *A.* 29 poposcit *A.*

viri! placet enim in praesenti vos hac communi nostrum appellatione nominare, ut scilicet sub nomine adfectus huiusmodi intelligi promptius sit, quidquid omnium dixero, id non meo mage quam communi scilicet vestrum commodo profuturum. Agitur enim haec curia, ut video, super tractatu, utrumne vobis arma adversum Alexandrum sint sumenda, an vero nobis eius condicionibus obsequendum. In quo quidem accedere me laudareque Aeschini sententiam non segniter profitebor. Usus est enim oratione admodum modesta et temperantissima, ex qua videtur neque viribus nostris diffidere, si bellandum foret, neque contemplatione harumce praesentia commoda neglexisse.

10. Enimvero quoniam haec illo dicente a multis *14.* audio sic accepta ut segnis cuiusdam et alieni de bello sententiam, interim nunc ad orationem eam transeam, qua Demades usus, robustus sane ille vir ac disertissimus, ita in suadendo peroravit, ut nos putaret exemplis olim felicium gloriarum ad praesentia quoque pericula producendos. Ait enim nos Xerxem finibus eiecisse, Cynaegiro scilicet duce et hisce, qui una cum ipso militabant. Ad quam partem orationis quaeso, Demade, ut paulisper ea, quibus magnopere confidebas, mecum conferre tractareve ne dubites. Quid enim tandem mihi diceres, si a te exactum iri vellem, uti tales aliquos nunc mihi etiam duces promeres ac tum demum in Alexandrum hortarere? Quod si illi non adsunt tales aut tot, utique nobis quoque sunt consilia tutioris commodi volutanda considerandumque prae omnibus, an prae-

2 nominari *P.* 6 haec *A. P.* hac *Maehly.* tractatu *P.* tractu *A.* 7 sint *om. A.* 11 modesta et *A.* modestate *P.* 13 harum *P.*

10. 15 accepta *A.* accipi *P.* segnis *A.* senis *P.* 18 ita in *A.* itahinc *P.* 22 una his qui cum ipso *P.* 24 confidebas *P.* consulebas *A.* 25 si sic unum a te exactum velle *P.* 27 Alexandro *P.* 28 tales *A.* aut tales *P.* 30 an *Mai.* ut *A.* in T. *P.*

sentibus commodis periculorum gloria praeoptanda sit. Non enim si orationis plusculum in curiam detulerimus aut compta satis atque ornatiora verba prompserimus, exim nobis aliquid virium accessurum est et arma fabricanda nova de verbis.

11. At dices magnum illum et potentissimum *15.* regem Xerxem fuisse, sed eundem nostro apparatu superatum. Donamus. Et quamquam haud dubie profitendum sit nos illius viribus minores longe fuisse, consilio vero vel prudentia potiores, nunc tamen intelligo videoque ne illud quidem Alexandro deesse, quo a nobis Xerxes potuerit superari. Tredecim ferme iam numero eius bella pariter et victoriae numerantur, civitatesque illi innumerae, quin immo provinciae consensere, aut quae contumacius sponte cedere detrectaverint, subiugatae. Quae quam dant consiliis viam, nisi ut periculo careamus? Videlicet Tyrii imbelles, ut ait Demades, fuere et idcirco superati. Illi sunt Tyrii, qui adversum classem innumeram Xerxi confidentissime restiterunt atque eam deinceps incenderunt. Inermes, inquit, Thebani. Illine qui omne aevum omnemque aetatem suam non in bellis modo, verum in victoriis consumpserunt?

12. Addit etiam Peloponnesios non bello victos, *16.* sed fame lueque superatos: quibus quidem Peloponnesiis Alexandrum satis constat frumenta quoque laborantibus direxisse, adeo ut Antigono, duce Alexandri,

3 aut *A.* ut *P.* et **T.** 5 fabricanda *P.* fabrica *A.*
11. 6 At dices magnum illum **T.** *P.* Addis magnum illud *A.* potissimum **T.** 7 apparatu superatum *A. P.* apparatum **T.** 8 et quamquam haud dubie *P.* et quam haud dubium *A.* quamvis haud dubia res **T.** 10 vel *A.* et **T.** et in *P.* 11 de Alexandro **T.** 12 quo *A. P.* quod **T.** potuit **T.** 14 illo **T.** 16 subiugare *A.* quae *om.* **T.** consilii **T.** 17 caveamus **T.** (?) 20 eam *A. P.* eandem **T.** 22 aevum *A. P.* eum **T.** 23 consumpserunt **T.** *P.* consenserunt *A.*
12. 24 bello **T.** ab illo *A. P.*

resistente, quod hisce vires et alimonias destinaret, quibuscum sibi mox foret bello et proeliis decernendum, Alexandrum respondisse sit palam: 'Ut,' inquit, 'intrinsecus eos et inter se decertantes bello vincam, nec gloriae meae palmam luis sibi aut famis nomina vindicent.' Et haec quidem ita sint. Mirari tamen vos inter haec non oportet Stasagoram magistratu esse deiectum, cum indignatio illa vobis utilitatique communi proficiat. Nam si Atheniensis Stasagoras aeque quam sacerdos illa templi nostratis est, quam magistratus ille privaverat sacerdotio, nonne praevenisse indignationem vestram et sententias videtur Alexander, cum illam iniuriam in auctorem verterit, quam Stasagoras fecerat in sacerdotem, omniaque, quae ille in contumeliam nostram fecerit, perinde ultus sit, ut a nobis quoque ulciscenda esse praesumeret?'

13. In hisce etiam nunc Demosthenis oratio ver- IV. sabatur et adclamatio protinus nimia Amphictyonum *17.* erat et tumultus incongruus. Ac Demadi silentium iubebatur, laudari vero nonnunquam Aeschines ab optumo quoque. Sed enim consensus populi universus ire in sententiam Demosthenis. Cum igitur obortum strepitum is orator aliquantulum compressisset, sic reliqua subnexuit: 'Patiamini,' inquit, 'quaeso, Athenienses viri, ut etiam nunc ad illa, quae Demades magnopere dixerat, respondeam. Ait enim Xerxem maria quidem muro munisse, profundum etiam navi-

1 quod *A. P.* quos **T.** hisce **T.** isce *A.* his *P.* 2 qui cum sibi **T.** cum quibus *A. P.* 3 sit palam *om. P.* patan *A.* 4 decertantibus *P.* 5 nomine *Eberh. sed cf. pp.* 60, 13; 70, 11. 7 inter haec **T.** *P.* inter *A.*, *in margine ab eadem manu adscriptum:* interim. 9 Atheniensi *A.* Nam tam Atheniensis Stasagoras quam sacerdos **T.** 11 ille *P.* illi **T.** *A.* 15 nostram **T.** nostri *A. P.*
13. 17 hisce **T.** *P.* his *A.* 18 nimia *A. P.* menima *corr. in margine* nimia **T.** anfinctionum **T.** antifictionum *A.* antifictionem *P.* 19 a daemade **T.** 21 optumus **T.** enim *A. P.* etiam **T.** populi — respondeam *om. A. P.* 23 compressisset *scripsi.* conp̄ss...et *legi in* **T.**

bus constravisse, exercitu Graeciam complevisse, aëra ipsum subtexuisse iaculis et sagittis, gentem Persidos denique superduxisse captivitatibus Graeciae. Laudamusne igitur eius potentiam, qui haec fecerit, an exsecramur, quod urbes Graeciae spolians suam barbariem frequentaverit? Quid ergo ad haec exempla Alexandrum provocamus? qui Graecorum quidem, quisque sibi restiterit, non captivitati addixerit, sed victoriae liberalitate correxerit unaque secum coegerit militare, professus palam id esse votum regno et potentiae suae, ut amicos quidem adficeret beneficiis, inimicos vero transduceret ad amicitias. Quod si id illi votum et propositum fuit, Athenienses nos, qui amici Alexandro fuerimus, qui magisteria nostra eidem praeiverimus, inimici tanto viro malumus esse quam amici? Id vero ego dici turpe Atheniensibus puto, fieri posse porro non arbitror. Turpe enim est nos quidem, qui illi magistri fuerimus, consilio imprudentissimos deprehendi, illum autem, qui a nobis has scientiarum artes acceperit, prudentia nos et sapientia praevenire.

14. Sed haec omittamus. Ad illa nunc animos *18.* advertite. Quis rex tyrannusve quisque Graecorum imperatorum Aegyptum aliquando adgredi aut inruere ausus est, quod ille solus cum deorum auctoritate fecit? Clementiam suam reapse sic et beneficiis commendavit, ut tantam illic urbem condiderit ac fundaverit, quantam sub omni orbe terrarum nullam fama

2 subtexuisse T. *P.* subterstravisse *corr. ex* subteruisse *A.* et *A. P.* aut T. 3 superdixisse *P.* 8 captivitati addixerit T. captivitate duxerit *A. P.* 9 correxit T. militare professus pa— *om.* T. 11 affligeret (l *expunctum*) *P.* 12 id *om.* T. 14 praeierimus *P.* praebuerimus T. 15 mallumus T. quo malumus *A.* quo maluimus *P.* 18 imprudentissimo *A.*

14. 23 tyrannus vel quisque *A.* 24 imperatorum *P.* imperatorem *A.* 25 est *P.* esset *A.* 26 fecit *Eberh.* fecisset *A. P.* Clementia sua *A.* re ab se *P.* se ab se *A.* 27 tantum illos *A.* condiderit *A.* concederet *P.* 28 sub omni terrarum nullam

distulerit, idque in his regionibus factum, quae nuper agere Persae sub dicione videbantur. Enimvero ipsis indigenis id petentibus ac deprecantibus, qui cum Alexandro belli fortunam subire deligerent, ille Alexander, ille, inquam, quem vos mente captum et percitum nominatis, hac Aegyptios oratione compressit, qua diceret idcirco se illis tantam civitatem urbemque condidisse, ut ipsis exercentibus terram et quieti indulgentibus ac remissis ille pro universis subditis militaret.

15. Perfecit igitur partim experimentis et ostentatione virtutis partim ratione pariter et oratione *19.* prudenti, ut non solum parere ei libentibus sit Aegyptiis, verum etiam ad ea pendenda, quaecumque sint regibus necessaria, faciles animos habeant et voluntatem. Vïdete denique, quae quantaque primus omnium apud Aegyptum imperii sui iecerit fundamenta. Quot enim exercitus milia urbs illa alere possit, haud dubium est, neque his modo subficiens, qui moenibus suis atque gremio teneantur, sed procul etiam laborantibus et dimicantibus idonea sustentatrix, una viris unaque his omnibus, quae sint multitudini necessaria, opulens et abundans, facilis ad oboedientiam regis, prudentia eius scilicet, qui sic instituerit obsequentium mores. Alimoniam petit: protinus parent. Auro indiget: sunt vectigalia ditia. Militem quaerit: animis volentibus praesto sunt. Et hisce nos opponemus periculum nostrum, quibus utique per concordiam copulati auctiores esse instructioresque poterimus, laces-

famam *A.* quantum sub omni orbe terrarum nulla fama *P.* 2 dictione *A.* enimvero *A.* enim *P.* 4 diligerent *P.* 6 hac *P.* haec *A.* hic T. qua *A.* quod *P.* qui T.

15. 11 Prefecit *P.* 13 prudenti *P.* prudentiae *A.* deparere T. ei libentibus *A.* et libentius *P.* 16 videte T. vident *A. P.* quae quantaque T. *P.* quae tanta quae *A.* 18 quot T. quod *A. P.* 22 'unaque — abundans' *om. P.* multitudini *Mr.* multitudine *A.* 24 obsequentium T. *P.* obsequium *A.* 25 alimonia *A.* 27 hisce *A.* his *P.* 28 copulatis T. 29 actiores *P.* lacessentibus T.

sitis vero, ne quid infaustius dicam, semper in armis et proeliis?' In hanc sententiam Demosthenis omnis V.
Atheniensium numerus congruebat. Decernit denique *20.*
coronam auream Alexandro esse mittendam pondo quinquaginta consultumque ordinis sui, quo gratiarum actio teneretur, una legatis, qui honoratissimi forent eius urbis, dummodo ab illa oratorum transmissione temperaretur. Profecta ergo legatio cum apud Plataeas regem Alexandrum offendisset insinuassetque mandata et Demosthenis una suasionem consensumque Amphictyonum universorum, ad eiusmodi responsum regis benivolentia protinus transfertur:

16. 'Scriberem vobis, Athenienses, ut rex, sed *21.*
ab hac me appellatione distulerim, donicum omni barbaria subiugata adfectus hic meus nomini Graeco proficiat. Enim quoniam iampridem scripseram decem oratores vestros ad me destinari, quod eorum culpa inobsequentiae argueremini, scire vos par est non eo me istud consilio fecisse, quo potentiam meam in eos, quorum disciplinis institutus essem, aliquis experiretur. Etenim si id facto opus esset, utique una cum exercitu martioque terrore ad vestra moenia transcendissem. Sed quoniam haec ostentatio inimica vel hostica est, idcirco prudentissimos vestrum convenire conloquio meo malui, ut cum his communis commodi disceptator subsicui metus vos formidine solverem. Enimvero vos, qui conscientia premeremini, nihil om- *22.*
nino sanctum erga mea obsequia consultantes, quin etiam explorantes idoneum tempus, quo meos Mace-

1 nequid *A. P.* nihil T. 2 Demostenis T. Demosteni *A. P.* 3 denique T. *A.* itaque *P.* 5 quo *A. P.* quoquo T. 6 actio teneretur T. actione videretur *A. P.* 8 temperaretur T. temperarent *A. P.* 10 suasionem T. suasione *A. P.* 11 Amphictyonum *Mai.* ac factionum *A.* an factionum *P.* 12 benivolentiam T. transferri *A.* transfert *P.* transferet T. (?) *corr. Mai.*

16. 14 me T. *A.* mei *P.* donec *A. P.* 15 affectus T. (?) *P.* (*quod coni. Mai in ed. alt.*) effectus *A.* 21 enim T. 26 formidinem *A.* 27 conscientiam *A.* 28 sc̄m T. *P.* sem̄ *A.*

donas infestaretis, id animi prodidistis, quod adversum nos tunc etiam habuissetis, cum patre meo Zacynthios oppugnante auxiliatores diversae parti fueritis. Contra autem cum vos a Corinthiis oppugnaremini, Macedonum auxiliis et eorum subfragiis potiti Corinthiorum vim a vobis repulsam esse meministis. Rursusque nobis Minervae simulacrum ritu vestro erigentibus in Macedonia vos simulacra et imagines patris mei e templis ac sacris vestris deponendas esse duxistis. Egregiam igitur vicem pro tot et talibus beneficiis a vobis accepimus.

17. Quae profecto vos etiam ad praesentem dis- *23.*
cordiam memoria iniquitatis vestrae ducebat, non sinens utique animo nostro benignitatique confidere, ob id vel maxime, ne quando maiestate hac regia sublimatus ad ultionem praeteritae iniuriae magis quam ad adfectum civicum raperer. Verum id neque mihi ad naturam est neque civica religio permittit, cum me quoque apud vos studentem et ipsi Atheniensem esse malueritis, et ego nomine hoc participato me glorier gloriatusque sim. Enim intelligo naturale vobis esse sic sapere, cum praeterita quoque exempla in eos, quorum consiliis uteremini, hostili vos animo fuisse testentur. Sic Euclidem praedicatum apud vos sinceritate suadendi clausum carcere necavistis. Sic Demosthenem porro, cuius urbs vestra oratione pariter staret et cura, in exilium proiecistis. Tum Alcibiadem

2 habuissetis *codd.* habuistis *Eberh.* 3 oppugnantem *A.* parti T., *correctum ex* parte *A.* partis *P.* 4 cum *om. A.* 5 eorum T. *om. A. P.* 6 rursumque T. 7 vestro T. nostro *A. P.* 9 ac *om. P.* duxistis T. *P.* dixistis *A.*

17. 12 praesentiam *A.* 14 nostro *om. P.* vestro T. 15 vel *om.* T. 17 raperent *P.* 18 ad naturam T. *P.* ad natura *A.* permittit *etc.* T. permittit quoque apud vos studentem *A.* permittit, cum quoque apud nos studente, *corr. in* studerem *P.* 19 ipsi *A.* ipse *P.* 22 exemplo *A.* 23 hostiles, *corr. ex* hostilis *P.* 24 praedicatu *A.* 25 carcerem *A.*

legationes vestras naviter apud Cyrum et efficaciter prosecutum curiae vestrae consortio abrelegastis. Sapientiae denique totius apud vos Socratem magistrum iniustissima morte multastis. Ingrati Philippo, qui tribus bellis auxilio vobis et subpetiis fuit; quique queramini de Alexandro velut ob Stasagorae iniuriam, quae omnis vindictae vestrae profecerat. Idem enim Stasagoras sacerdotem Atheniensem sacerdotii vestri dignitate privaverat.

18. Enimvero quoniam ista haec nunc omnia ex *24.* animo et memoria nostra placuit aboleri, sic vobis ad praesentiam responsum habetote: probatas mihi satis laudatasque esse suasiones Aeschini, Demadem quoque non improbari, quod constantiam suam civibus curiae probatam vellet, sed enim laudari praecipue Demosthenem, qui unus verae utilitatis et commodi vestri tenax ea vobis, quae essent ad amicitiam nostram, suaserit. Sit igitur Atheniensibus dignitas, quae cluebat, neque ex me quicquam dubium formidaverit, cuius haec est vel maxima summa sententiae, ut cum mihi adversum barbaros pro libertate communi bellum et inimicitias elegerim, eam praecipue urbem Atheniensium tuear, quae theatrum quoddam et communis curia videatur esse Graeciae universae.'

19. Cum in hanc sententiam Alexander Athe- VI. niensibus respondisset, collecto exercitu Lacedaemona *25.* proficiscitur. Id enim sibi vel opportunissimum tempus Lacedaemonii adrogabant, quo virium suarum potentiam demonstrarent in Alexandri inimicitiis, cuius concordiam tunc Atheniensium civitas maluisset. Adventanti igitur ad urbem suam obiecta sunt claustra portarum, classemque armis et militibus instruxere, quod utrimque terra vel mari formidolosos se fore Alexandro arbitrarentur. His rex compertis primum *26.* ad eos per epistolam loquitur, qua moneret, uti boni consulerent eamque gloriam bellicam, quam maiores sibi strenue peperissent, nullo turpi periculo amitterent solverentque. Etenim si quid eorum fortuna in praesentibus vacillaret, cunctae quoque priscarum memoriae gloriarum una sibi periturae viderentur, eventurumque profecto, ut dum Atheniensibus obstinationem suam pergerent ostentare, risui potius inimicis quam periculo hostibus forent. Igitur oportere eos navibus derelictis armisque depositis amicitiae suae potius quam armorum capere experimentum. Ceteroquin quos sententia melior indidem non deduxisset, flammis et incendio deponendos.

20. Acceptis igitur hisce mandatis non modo *27.* flexi Lacedaemonii non sunt, sed ut confidentius in arma concurrunt. Coepto tamen atque exercito per biduum proelio non difficile Alexandro fuit flammis iniectis excidii periculum Lacedaemoniis ostentare. Quare tunc demum supplices submissique, ne illud excidium sibi et captivitas perseveraret Alexandro, procedunt. Ad quos rex ait: 'Equidem me scio integris etiam tunc rebus haec consulere voluisse; at enim vos cum post classis vestrae urbisque incendia

1 naviter *A.* graviter *P.* Cyrum *Graec.* Tyrum *A.P.* 5 quique *A.P.* 7 profecerit *P.* 8 vestri *om. A.* sacerdoti vestri dignitatem T. sacerdotio vestri *P.* sacerdotio *A.*

18. 10 ista haec *A.*T. ista *P.* 11 nostra *om.* T. ad praesentiam T. ad praesentia mihi *A.P.* 14 improbare *P.* 15 vellam *A.* laudare *P.* 16 et T.*A.* se *P.* 18 igitur *A.* ti *P.* quae *corr. in* qui *A.* 19 dubium *codd.* durius *Eberh.* formidaverit *A.P.* formidaveritis? 21 adversus *P.*

19. 25 in hanc sententiam *A.P.* haec sententia T. 26 collectu *A.* Lacedaemona *P.* demona *A.* 28 Lacedemones *P.*

1 in Alexandri inimicitiis *P.* quo Alexandro inimici illi T. inimicitias *A*, *om.* in Alexandri. 2 Adventanti igitur Alexandro *P.* 3 obiecta sunt *codd.* obiectarunt *Kluge.* 5 utrique *P.* formidolo *A.* 7 qua moneret *A.P.* quam possint T. boni *om. P.* 9 admitterent *P.* 11 vacillarent *P.* 17 Ceteroquin quos T. ceteroqui si quos *A.P.*

20. 20 his *P.* 21 confidentibus T. 25 supplicesque *P.* illum *P.* 26 Alexandro T.*P.* *om. A.* 27 Ad quos T.*A.* At quod *P.* 28 rebus T.*P.* redditis *A.* at enim T.*A.* eadem enim *P.*

supplicetis, non improbo vel serum poenitendi consilium. Sed enim utique vos exempla ducebant perinde arma nostra ut Xerxi Persica posse propelli. Sat igitur sit, quod de utroque diversum fortunae senseritis.' Et cum his dictis facessere protinus militem suum ab expugnatione urbis Lacedaemonos iubet liberamque eam et ad formam pristinae maiestatis civibus haberi permittit.

21. Tunc rebus Graeciae sic compositis ire in VII. barbaros tendit itinere per Ciliciam ordinato. At vero *28.* Darius conductis in unum satrapibus universis et ducibus bellandi consilia quaerebat frequenter admodum recolens, ut se opinio super Alexandro frustrata foret. Quippe illum incrementis bellicae rei audiebat quotidie sublimari, quem saepe latrunculum nominasset; neque sese iam nescire anceps sibi et viribus hostium et imperii maiestate fieri certamen. Quippe etsi sibi auctior numerus militantium obsequeretur, audaciam tamen fortitudinemque se Alexandri demirari. Denique pudorem suum haud dubie fatebatur, quod ei viro pilam habenamque misisset, quae cuivis magis quam illi ad virtutum meritum iuxta essent. Ergo iubebat omnes in commune consipere, quid facto melius repperissent. Neque enim cessatione aut desidia opus esse, in hosce provectus Alexandri virtutibus procurrentibus, cumque in sese paulatim vices utriusque nominis demutarent, quas sic in contrarium resultare non absque divina providentia arbitrabatur, ut omne illud diadematis Persici decus ferme iam in Macedonica regna transisset. Et haec quidem Darius ad suos.

2 exemplo docent *P.* 4 quod T. quid *A. P.* 6 Lacedemonos T. Lacedaemonis *A. P.* liberatque T.

21. 17 et sibi *A.* 20 aut dubiae T. aut dubue *A.* haud dubium *P.* 22 virtutium *A.* virium T. iuxta T. *A. P.* iusta *Mai coni.* iuvebat T. 23 consipere T. consipire *A.* concipere *P.* facto T. *A. P.* factu *Eberh.* 25 esset *A.* hos *P.* 26 cum quae *A.* 28 arbitrabatur *Mai.* arbitrabantur *A. P.* 29 dediadematis *A.*

22. At vero eius frater Oxyathrus, velut indigna *29.* mage quam si vera dicerentur, 'Heu,' inquit, 'o frater, o rex, quid hoc tandem rei est, quod tantum Alexandro isti laudator testis accedis? Anne,' inquit, 'haec tibi iam meditata sententia est, ut illi regno tuo cesseris, Macedoniam eius tibimet non vindicaris? Quin potius imitare industriam hostis tui: quod ille facturus ad nos pergit ac properat, id nos bellum Graecis inferamus. Neque ego hoc in loco ut ignaviae testis Alexandrum deformavero, qui hortor, uti exemplis eius utare tu quoque, cum illum videas nec ducibus nec praecursoribus confidentem, sed sibimet laboris omnis officia vindicantem haec agere, quae tanta sunt. Quae tu quoque, si recte sapias, per te feceris. Viden, ut primus inruat in hostem, prior intonet bellicum, prior periculum subeat, depositis quidem insignibus regiis, dum est miles, recuperatis vero, cum victor est, nihilum omnium cunctabundus aut differens, enimvero labore praesenti semper consilia subsecutus.' 19

23. Ad haec Darius 'Et ubinam,' inquit, 'haec *30.* tibi de Alexandro est comprehensa notitia?' Tum Oxyathrus eius temporis memoriam refert, quo ad Philippum missus petitum pecunias ab Alexandro adolescentulo etiam tunc minas eiusmodi excepisset, quas de praesentibus experiretur. Quare boni consuleret rex Darius et satrapas omnium gentium, quaeve indidem cogi possent exercituum milia, laboraret, non Parthis scilicet Elamisve, non Babyloniis aut Mesopotamiae data militiae evacatione, enimvero

22. 1 Oxyathirus *A.* oxiatrius *P.* 4 laudator *P.* salvator *A.* 7 facturos *A.* 8 Graecis *A.* gregis *P.* 10 qui *P.* quae *A.* 11 cum *P.* tum *A.* 14 recte *P.* recta *A.* viden *A.* vide nunc *P.* 15 hostem *P. cum Graecis.* proelia *A.* 17 miles *P.* milia *A.* recuperatisque *P. om.* vero.

23. 22 oxiathrus *P.* quo *P.* quod *A.* 27 queve indidem *P.* que velud idem *A.* laboraret *Codd.* advocaret *Eberh.* 28 elimisve *P.* 29 evocatione *P.*

armanda tum Bactra, Indos etiam et Samiramidos regna censebat, omnesque centum et octoginta gentes, quas sibi subditas sciret, ad commilitium exercitare, ut si nihilum amplius, certe vel ostentatio multitudinis terrore quodam Graecorum animis obsisteret. Haec sententia placebat quidem admodum regi, et adstipulabantur etiam plerique praesentes, nisi quod apud eos unum esse prae ceteris viribus penes Graecos constabat, quod plus prudentia mentis quam valentia corporum possent. Ergo secundum haec Darius iubet omnem undique armatam multitudinem convenire.

24. Alexander vero iter per Ciliciam agens, cum multum spatii sub aestivo sole armis onustus pedibus exegisset, forte Cydnum, haud cuiquam secundum flumen vel magnitudine vel perspicui agminis nimio rigore, cum ponte transiret delectatus eius evidentia pariter et magnitudine, una cum armis *sese* praecipitat e ponte ac natabundus exit. Sed id factum etiamsi ei ad testimonium fortitudinis plurimum contulit, valetudinem tamen discriminosius vicerat. Quippe calente etiam tunc et sudante corpore incidens aquae illius vehementiam vel rigorem tantam nervis iniuriam perniciemque tradiderat, ut undique protinus doloribus concurrentibus morbi causa contracta vix expiabilis videretur. Quare cum tempus plurimum laberetur neque medentibus sedulo curatio illa pareret, Philippus *quidam* nomine, sciens artis eiusdem et sedulitate acceptissimus regi, conficit poculum, quod di- VIII. 31.

1 armandi *P.* Sarammidos *A.* semiramidos *P. correx. Mai.* 3 exercitare *A. om. P.* excitare *Eberh.* 5 animus obsistere *A.* 6 regi *P.* regiis *A.* 7 apud eos *P.* eos *A.*

24. 13 spatiis *A.* onustus peditem suum ut ei mos erat ipse in acie pedibus exegisset, ac forte nidum haud ponte transiret *P.* 17 sese *addidi Epitom. secutus.* 18 e *om. A.* 19 ei *P.* eius *A.* 23 pernitiae quae *A.* 26 medentibus *Mai.* mentibus *A. P.* 27 quidam *Mai supplevit ex Epitom.* artis *Mai.* artem *Codd.* sedulitatem *A.* 28 *Verbis* 'regi conficit' *finitur quaternio quartus in A.; quaternio quintus*

ceret secundaturum. Id cum die statuto Alexander hausturus foret, forte Parmenion quidam e ducibus regis, enim infestus Philippo medico, huiuscemodi sententiae Alexandro litteras mittit, quibus Philippum hunc clandestina tractasse cum Dario consilia commoneret, uti per poculum saluti Alexandri insidiaretur; eius rei mercedem Philippo fore, ut sororem Darii partemque regni cum Dario pepigisset; boni igitur consuleret rex et ab illa curationis spe temperaret. Suspectans Alexander proinde, ut res erat, epistolam quidem intrepidus vultu et animo ad caput lectuli protinus ponit. Accepto autem poculo, cum id iam haustui admovisset, eodem momento etiam epistolam Philippo legendam dat. Cumque uno in tempore et ille potum, quem acceperat, transmisisset et hic litteras perlegisset, facile dedit medico intellexisse, quid de sedulitate eius opinionis habuisset. Denique cum curatio illa ad pristinum statum Alexandrum deduxisset Philippusque ultionem mendacii flagitaret, ut insidiatus regi Parmenio poenas capite dependit.

25. Igitur recepta valetudine Alexander per Medos exercitum ducens iter illud multis admodum diebus per deserta regionis emensus est multamque aquae penuriam toleravit. Tandem denique ad Euphratem veniens, fluvium magnitudine haud cuiquam facile secundum, eoque constrato navibus atque ponte, quo iter suis incunctantius persuaderet, primus omnium pontem emensus auctoritatem cunctis audaciae praestitit. Omni igitur iam multitudine impedimentisque transmissis illico solvi pontem compactarumque ob id navium iubet vincula. Id cum exercitus IX.

cum deperierit, hic incipit magna sedecim paginarum lacuna in A. 2 hausturus *Mr.* hausurus *P.* 4 quibus *Mr.* qua *P.* 7 mercedem *Mr.* mercede *P.* 10 proinde *P.* perinde? cf. *Hermes XXII p. 628.* 13 eodem per momento *P.* 20 parmenium *P.*

25. 25 cuiquam *Cod. Ox.* cuique *P.* 27 incunctantius *Cod. Ox.* incunctantibus *P.*

universus indignantius accepisset, quod enim per viam sibi impedimentum illud intranatabilis fluvii proiecisset, et utile arbitrarentur [*et minus*] secundae meminisse fortunae, accepto hoc murmure et indignatione militum rex in haec verba contionatur: 'Equidem fateor, milites, duas pariter res in animo esse diversas, spem scilicet et pudorem, quarum alterum praerogativa praeteritae virtutis ostendit, aliud vero importuni metus opinionibus adumbratur. Quis enim non videt abolendam prorsus memoriam esse victoriae praecedentis, si praesenti vestrae indignationi commodet fidem, qua regem vestrum Alexandrum inconsulte fecisse opinamini, quod ad fugam vobis infaustissimum iter pontis dissolutione sustulerit? Aut quid prorsus de spe victoriae residebit, si id verum est? Vel quid mage contrarium foret huiusmodi votis, quam si quod animo praecepistis, id vobis tuto pareret? praesertim cum in opere militari formidinis incentivum sit spes tutius evadendi. Sed id quidem deus et virtutis vestrae gloria procul fecerit. Enim ego, qui tot proeliis, tot victoriis doctus nihil aliud nisi de incremento vestrae gloriae cogitaverim, profecto fecisse mihi videor cum sententia fortiorum, quod ignaviae intempestivo reditu amputato soli prorsus victoriae viam dextris et gladiis reserandam esse monstraverim. Neque id dissimulabo, quod sentio, adiuvare me votis fortunam eiusmodi, ut si ignaviae reditus requireretur, longe sit melius hic occumbere gloriose quam post nomen victoriae praecedentis dedecorosius evasisse. Quin legem nobis fortitudinis

1 per viam *scripsi.* pervium *P.* 2 intranatabilis *Schlee.* in tranatabulis *P.* 3 et minus *add. Eberh.* 4 murmure *Mr.* munere *P.* 7 praerogativa *Schlee.* praerogativam *P.* 9 adumbratur *Mr.* adumbrat *P.* 11 praesenti *Mr.* praesentis *P.* 13 vobis *scripsi.* nobis *P.* infaustissimum *Mr.* infantissimum *P.* 20 deus *Mr.* dies *P.* gloria *Mr.* glorie *P.* 24 ignaviae *Mr.* ignavius *P.* 27 adiuvare me votis *P.* avere me potius *Eberh.*

dicimus, solis esse militandum, qui cursum noverint ad insequendum hostem potius quam ad periculi fugam. Quam cum perpetuo ignoraveritis, deos ego vobis immortales polliciti ac spei meae vades dixerim, nihil omnino posse oboriri impedimenti, quin si solita vobis utamini fortitudine, debitam victoriam capessatis.' Ad haec Alexandri verba et favor militum et animus excitatus nihil omnino praeter victoriae desiderium celeritatemque conceperat.

Sed enim cum omnis Darii exercitus propter Tigridis alveum locatus adventum Macedonum exspectaret nec cunctabundus Alexander acie instructa sese hostibus obtulisset, coepto conflictu ferventique re bellica unus ex Persis armis Macedonicis indutus, evitata hoc astu dinoscentia, ut propter similitudinem scilicet munimenti, a tergo Alexandrum ense infesto adoritur ac ferit. Sed ictus propter galeae fortitudinem habitus frustra dissiluit, et ad comprehendendum protinus virum satellites properant regique eum offerunt. A quo cum Alexander requisisset causas ausi huius, 'Primum,' inquit, 'Alexander, neque te clam sit, non ego ex numero tuo sum, enim vestratibus armis Persa vestitus. Verum cum satrapes sim, dignitatem eiusmodi gloriae apud Darium praemium pactus sum, ut si interfecto te tantae rei compendium procurassem, cum regni parte filiam quoque regis ad coniugium promererer. Quae profecto haud dubie fierent, ni tecum fortuna potius quam mecum stetisset.' His auditis Alexander multis suorum praesentibus iterare eum iubet sermonem promissi et audaciae, laudatum denique fidei ac fortitudinis ad suos ire iubet, quod eum exemplo strenui... utilisque praecepti apud milites

4 vades *Mr.* vates *P.* 7 favor *Mr.* fabor *P.* 18 ad comprehendendum *Epit.* comprehendendi *P.* 19 regique eum *Epit.* regi *P.* 25 procurassem *Mr.* procurasset *P.* 27 fierent *Epit.* forent *P.* 32 eum *del. Mr.*

suos id esse vellet, si pari fide in se quoque sui satellites uterentur.

Sed hoc quidem die inclinatione tantum leviter X.
pro Macedonum partibus ostentata uterque exercitus
ad castra discedit. Cumque reficiendo corpori ciboque capiendo [*dediti*] essent, rursus alius satrapa Alexandro se offert cum dignitatis quidem illius professione, sed qui diceret se multa magnaque rei bellicae opera pro Dario gessisse, enimvero sibi haud parem gratiam repraesentatam. Si igitur sese susciperet, fore sibi admodum facile, ut cum decem milibus reliquos Darii satrapas incursaret et caperet, una etiam ipsum quoque Darium facile comprehensurus. Ad haec Alexander reverti hominem, et si quid valeret, auxiliari regi suo mandat. 'Qua enim,' inquit, 'spe alienos tibi milites tuto commiserim cives tuos propriosque prodenti?'

Id tamen temporis etiamtum res absente rege Dario per eius satrapas agebantur. Hystaspes deinque et Spinther scribunt regi: iam pridem quidem se super Alexandri exercitu ea, quae compererant, nuntiasse, enimvero nunc longe auctioribus viribus invasisse partem Persici regni pluribusque interfectis et captis non sine periculo ac discrimine sese vexare; oportere igitur se quam primum una cum omni exercitu ad confligendum *cum* Alexandro praesto esse.

His litteris Darius acceptis ipse quoque ad Alexandrum scribit in hanc sententiam: 'Video tibi laboratum, ne quid omnium faceres, quod tibi apud nos veniam polliceretur. Ita et adrogans litteris et *iactabundus* in hac eadem temeritate exstitisti, ut quidvis horum ad animum meum venerit, excitare me potius

1 in se *Mr.* se *P.* 3 die *Mr.* diei *P.* 6 dediti *addidi.* 10 reꝑsatam (*i. e.* repraesatam) *P.* repensatam *Mr.* 25 quam primum *Mr.* quam plurimum *P.* 26 cum Alexandro *scripsi.* Alexandro *P.* 28 hanc sententiam *Mr.* hac sententia *P.* 30 iactabundus *scripsi dubitans.* latus ad andas *P.* elatus ac audax *Mr.*

ad ultionem quam ad misericordiam queat flectere. Non igitur adeo pertaesos deos regni mei et orientis sui esse sedis existimo, ut ad occidua tecum pariter migraturi sint. Quos ego [*testes*] facio iuroque ultioni meae debitae non defuturos. An tu putas servire te mihi artifici isto obsequio, quod matri coniugive ac liberis meis clemens es? Equidem puto matrem mihi in deos abisse, filios vero nec susceptos quidem habere, nec coniugem habuisse. Quin magis omnia haec ferro et vindicta persecuturus sum. Quippe si faceres ac velles eorum aliquid, quod iracundiae meae mederi potuisset, ipse ad me supplex venires ac poenitens; foret enim, ut vertente ad veniam animo his te honoribus prosequeremur, quibus te diis aequatum esse gratularere. Quod si non facias, sane saevias, quantum libuerit, in meos. Neque enim mater aut coniux neque liberi habiti clementius ad mansuetudinem me praevenerunt. Habes igitur mandata haec atque suprema; respondeto, quod voles, alterumque optato vel exspectato, id est veniam mali an poenam.'

Haec cum laetior Alexander audisset suisque legisset, ipse quoque respondit, non minus sibi pertaesas esse vaniloquentias et iactantias barbari, quam sperare illum diis quoque infestis haec dicere, quippe qui timens et metu percitus constantiam verbis inconsultioribus fingeret, verum ageret rem timentis. Quod ergo adfectus eius eorumque reverentiam spectet, non Dario illud, sed communi humanitati praestari. Se tamen protinus ad ipsum esse venturum, modo si adventus ille ceteris Persis placeret, quibus utique praeterita experimenta displiceant; quare a se quoque

3 esse sedis *Mr.* se̥ sedes *P.* sedis *deleri vult Eberh.* 4 testes *add. Mr.* 8 habere *Schlee.* habeo *P.* 10 persecuturus *scripsi.* prosecuturum *P.* 14 aequatum *Eberh.* equantum *P.* 18 praevenerunt *P.* praeverterint *Eberh.* 27 eorumque reverentiam *Mr.* eorum reverentia *P.*

supremas litteras datas, cetera vero manu esse complenda.

Hic uterque exercitus bello paratur. Cui Alexander cum plurimum conscripsisset, satrapis Phrygiae vel Cappadociae Ciliciamque aut Paphlagoniam vel Arabiam obtinentibus vestium militarium protinus competentem ad militantium numerum et armorum quam maximum numerum iubet; in quos usus tria milia camelorum apud Syriam agi mandaverunt, ne quid eorum, quod usui foret belli commodo, moraretur. XI.

Eodem sane tempore Darii duces multas eiusmodi litteras misitavere, quibus fatigari sese multosque admodum optimatium interemptos, quosdam etiam ad Alexandrum transisse nuntiarent. Haec omnia in id Darium excitabant, ne quid segnius praetermitteret. Igitur ad Porum quoque scribit Darius petitque sibi auxilia plurima.

Sed Porus valetudine corporis excusata atque in tempus dilata petita rescripserat. His compertis Darii mater, quae una cum Alexandro erat, clam litteras facit easque ad filium destinat scriptas in hanc sententiam: 'Rogodune mater Dario filio salutem dicit. Fama est te coacto exercitu ad proelium tendere, profecto nescientem, quod orbis quoque vires ad sese venientes rex Alexander facile contempserit. Nollem igitur, nate mi, incertum futuri a te praeoptari praesentibus, cui fortasse sit promptius de quiete aliquid vel amicitia consultare. Quid enim omnium est, quod te excitet ad indignationem, cum ipsae nos quoque, quibus fortuna timebatur tristior, honore, quo domi, nulliusque indigentes agitemus. Boni igitur consules, si de pactionibus videris.' His lectis Darius illacrimat; hoc ipso tamen ad indignationem excitamento utebatur, quod putaret indici iniuriam viribus suis, si de pactionibus meditaretur. XII.

7 competentem ad *scripsi.* ad competentem *P.* 9 mandaverit *Mr.* mandaverat *Eberh.* 23 quod *Mr.* quo *P.*

Alexander nihilominus propius iam Persas adierat, adeo ut in conspectu eorum etiam muros haberet. Enimvero aestimationem intellectam adventus sui in hunc modum ludit: pecua multigena seu armenta, quae illis in pascuis abundarent, coacta comprehendi, eorum cornibus frondentes et auctiusculos ramos adnecti iubet; tumque aliis ramulis adnexis ad caudas pecudum singularum agi praeimpedita hactenus mandat, utramque speciem pariter imitatus, ut et erectis frondibus, quae adnexae cornibus ferebantur, silvestrem quandam speciem prae se agerent, ex qua occuli insequentem exercitum foret, et tractis ramulis pulvis excitus omnem dinoscentiam veri eminus confudisset. Et hoc igitur ex pulvere nebulaque eius, per immensum quae latius agebatur, obstupefacti iam primum, tum etiam ultra opinionem magni exercitus territi Persae stupore defixi sunt. Iam per internuntios facultatem belli dari sibi decreverat Alexander postulare eaque cura depressus in somnum est somniatque sibi deum Ammonem adstitisse omnem habitum, quo deum Mercurium pingi visitur, sibimet porrigentem cum his mandatis: 'En tibi, fili Alexander, adsum in tempore moneoque ab illo te, quem legare institueras ad Darium, prodi potuisse. Enimvero forti animo age teteque ipso pro te utere internuntio, videlicet hoc omni habitu adornatus, quem nunc a me tibi offerri consideras. Id enim etsi parum consultum aliis videtur regem sui ipsum pro se nuntium fieri, tibi tamen istud auxilio nostro proclive est.' XIII.

26. Paret rex monitis dei protinusque Eumelo comitante equo vectus, praeterea alio subsidiario sibi adscito, mandatum agit. Igitur cum ad Strangam fluvium devenisset, qui plerumque ex vehementia nivium adeo stringitur et congelascit, ut instar saxi viabilem XIV.

11 occuli *Mr.* oculi *P.* 20 ammonam *P.*
26. 30 Eumelo *Mr.* Eumedo *P.*

sese transeuntibus viris, carris etiam quam onustissimis praebeat, atque ex hoc ingenio sui tunc gradabilis foret, ibidem accepto habitu, quem deus monitor praemonstraverat, ipse quidem uno usus equo coeptum iter agit, Eumelum porro cum equis duobus ibidem subsistere ac se operiri iubet. Igitur transmisso flumine, cuius latitudo est haud minus stadii mensura, ad ipsa regis tentoria penetrat. Sed cum habitum viri Persae demirarentur opinionemque sibi ferme de deo ipso suaderent, nihilominus, ecquis foret, quaeritant et volentem convenire regem protinus illo deducunt. Enimvero forte Darius tunc visendi exercitus sui causa processerat hortandisque animis suorum de ignavia Macedonum contionabatur. Iamque aderat Alexander et habitum illum pompamque regiae magnificentiae mirabatur. Denique non absque ea dubitatione egit, utrumne adorandus sibi idem rex foret, ita omni cultu tunc capitis tunc vestitus, sceptro etiam et indumentis pedum magnifice adornabatur. Aderantque et satellitum milia stupore barbarico regem suum ut deum praesentissimum demirati. Sed viso habitu eiusmodi rex Darius cum officium quoque, quod simulaverat Alexander, cognovisset, idem Alexander prior: ‘En tibi adsum internuntius quidem, enimvero quem nihilo secus ipsius Alexandri praesentia opinere. Verbaque eius et mandata sunt talia: ‘Ego,’ inquit, ‘arbitror eum regem, qui parum festinanter contendet ad proelium, iam ipsum suae ignaviae et diffidentiae testem esse. Quare ne ultra cessaveris, quin protinus respondeto, quod tempus nobis agitando proelio dederis.’ Ad hanc confidentiam dicti cum excitatus animo Darius ‘Numnam quaeso,’ dixisset, ‘tu ipse

1 carris *Mr.* caris *P.* 5 Eumedum *P.* 6 Se igitur *P.* 10 quaeritant *Mr.* quaeritantem *P.* 18 sceptro *Mr.* sceptri *P.* 19 adornabatur *Mr.* adorabatur *P.* 25 ipsius *scripsi.* ipsi *P.* ipso Alexandro praesente *Eberh.* 28 suae *Mr.* sui *P.*

Alexander ades, qui adeo nihilum reverens nostri confidentissime loqueris?’ responsum accepit sese quidem internuntium esse, enim pro ipso Alexandro uti praesente loqui oportere. Accepit haec Darius dicta clementius et, ‘Quoniam,’ inquit, ‘more legationis huius ne Alexander quidem secus honoratur, ad sacrificium hinc ac deinceps ad convivium convertamur.’ Post haec dicta cum manus rex Alexandro adprehendisset atque in regiam ingressi forent, id quoque sibi auspicato fieri Alexander arbitratus est, quod volente rege in eius regiam deducebatur. Igitur ubi tempus XV. coenandi fuit, rexque accubuit ceterique secundum ordinem dignitatis, ut illis mos erat, discubuere, adversum tamen Darium coenare sedentarius iussus Alexander honore legati omnium oculos in se facile convertebat. Quamquam enim brevi corpore neque ad Persicam magnitudinem haberetur — plerique ferme auctiusculi sunt —, tamen et filo oris et reliquorum membrorum situ admirabilis visentibus erat. Igitur convivio iam procedente eiusmodi quid facere Alexandrum subit. Poculum enim, ut quodque ad bibendum acceperat, ubi strinxisset, vas ipsum in sinum sibi condere atque ut proprium coeperat detinere. Quod ubi a ministris regi est indicatum, incertum id damnumne an contumeliam ratus insurgensque Darius ‘Ecquid,’ inquit, ‘hoc est, quod pocula hoc furatrinae genere avertisti?’ Sed ubi de motu corporis Alexander intellexit, quid in Dario mobilitatis animi foret, — hac enim ex causa id consilium exsequebatur — ‘O rex,’ ait, ‘morem ratus hic quoque Alexandri nostri servari id, quod apud nostros didiceram, exsecutus sum; quippe illi liberalitatis haec forma est, uti prin-

2 responsum *Mr.* respondum *P.* 5 more *scripsi.* morem *P.* 6 ne *add. Eberh.* 7 convertamur *Mr.* revertatur *P.* 18 filo *Mr.* filio *P.* 24 a ministris *Mr.* ad ministris *P.*

cipibus ac ducibus suis, quos tali convivio dignanter acceperit, privata pocula fieri sinat, quaecumque acceperint haurienda. Quod ergo magnanimitate illi te quoque parem ducerem, non in contumeliam traxeris.' Hoc blandimento responsionisque eius gratia cum rex ceterique permulsi essent, admirationem sui silentio testabantur.

27. Sed id silentium ferme ad periculum vergit. Unus quippe ex convivantibus, cui vocabulum Pasarges erat, olim Philippi hospitio receptus et ibidem Alexandrum etiam puerum conspicatus, paulatim in memoriam relabens eundem ipsum esse, quem opinabatur, animo confirmat. Sensim igitur Dario, quem comprehenderit, Pasarges intimatum venit. Eoque permotus rex praeque magnitudine † prosultans, quid illud esset, quod tantopere excitaretur, nulli mage quam ipsi Alexandro prodit, id enim, quod evenerat, iam pridem animo suspectanti. Unaque cum poculis, quae sinu gestans habebat, conclave procurrit ibique pro foribus offendit unum e Persis equum, quo advectus fuerat, detinentem. Ne quid igitur [*videretur*] improperiter in re tali fecisse, custodem equi gladio perfodit, adscenso autem eo fugae consulit. Quod ubi Persis visum intellectumque est, quaqua raptim arma capere, ipsum quoque fugientem insequi properabant. Enim et illis molitio tardior et Alexandro efficacior fuga erat, eo quod intempesta iam nocte eaque nullis lunae adminiculis inlustri aliquanto cunctantius regi gradienti subpetiata est forte etiam lampas ex obvio. Quae cum sibi praelucens facesseret, eo et ipse properantius et nullo tali subsidio Persae tardius agitabant. Sed enim Darius maestior damno elapsi hostis, cum inter

3 ergo *Mr.* ego *P.*
27. 10 et *scripsi.* at *P.* 11 conspicatus *Mr.* continatus *P.* 21 videretur *add. Keil.* 22 adscenso *scripsi.* accenso *P.* 24 quaqua raptim *Mr.* quamquam partim *P.* 26 eo quod *Mr.* nisi quod *P.* 29 subpetiata *scripsi.* subpetita *P.*

spem metumque animo volutaret, casu eiusmodi ad maiorem formidinem confirmatur. Forte in conclavi eo, in quo tunc rex agebat, imago quaedam Xerxi sublimius posita, vel ob memoriam maiorum vel de picturae gratia spectabilis, Dario acceptissima erat. Ea repente fatiscente compactu procidit dissilitque. Id Darius, ut res erat, coniectans animo macerabatur. Enimvero Alexander omne intersitum spatium iam mensus ubi ad Strangam fluvium accessit, ratus fore uti eum pariter, ut venerat, perviaret, equum quoque, quo vehebatur, impellit primitias congelationis invadere. Sed exesa videlicet vel soluta super omni crassitudine ac gelu cessit aequoris facies ad pondus equitantis. Utrique igitur cernuantes in profundum fluminis ruunt. Sed enim equum agmen violenti gurgitis pessum tractum averterat; rex vero natatu quam valentissimo emensus periculum alterius ripae iam potiebatur, cum eminus videt insecutos sese Persas iam litori advenisse, frustra habitos spe transgressus, desperata etiam comprehensione, reditui consultare, quippe cum Persae non modo ad natatus huiusmodi audere non soleant, sed ne navigabile quidem ob nimiam vehementiam flumen hoc habeant. Igitur stupenti Dario demirantique, quae gesta sunt, cassum laborem referunt insecutores. Alexander vero menso alveo offendit Eumelum, quem una cum equis duobus ibidem sibi subsidiarium dereliquerat. Tum illi et gestae rei seriem explicat, et ubi ad exercitum redit, duces quoque laetos facto participat. Omnem exercitum sibi XVI. iam iamque adesse instructum armis iubet. Qui cum omnis in centum et viginti milibus numeraretur, 'Ne,' inquit, 'ne sit vobis aliquid, milites, quod cunctemini.

1 animo *P.* animum *Mr.* 5 spectabilis Dario *scripsi.* Dario spectabilis *P.* 14 Utrique *Mr.* uterque *P.* 18 sese *Mr.* esse *P.* 26 Eumedmum *P.* 27 dereliquerat *Boysen, Philol. 1883 p. 308.* delinquerat *P.* deliquerat *Mr.* 31 Ne *Mr.* en *P.*

Quaecumque fuerant ex hostibus noscitanda, ipse per me praesens oculis deprehendi. Neque si foret periculum de multitudine ignavorum, non prompte vobis fidem rei compertae dixissem. Sunt enim illa inexplicabilia hostium milia, sed enim seges prorsus facilisque materia manibus ac virtutibus vestris cedent, nisi cui vestrum arduus quidem et fugiendus hic labor, o Macedones, videatur, si vobis tanta sit caedendi materia, quantam renuat ac recuset victricis dexterae fatigatio.' Ad haec dicta gratantium voces et laetitia militum congruebat omni scilicet alacritate bellum sibi desiderantium exspectantiumque.

28. Aciebus igitur ordinatis propter latus fluminis Strangae, Darium etiam eodem Macedones adventare cum omni suo agmine iam intrepidi cernebant, omni scilicet parte terrarum, qua visentium oculi vagarentur, phalangis eius atque ordinibus confluentibus. Enim cum illa Strangae mobilitas naturalis rursus ad glaciem convenisset et stratum alvei tenacissimum fideliter etiam transeuntibus polliceretur, Darius prior haud dubitans *exercitus* ordines suos perinde, ut in acie constiterant, transgredi flumen intersitum iubet. Emensis igitur universis, quidquid de Stranga metui potuisset, idem Darius e curru regio, cuius suggestu altius vectus eminus cunctis visi consuerat, demutat ad currus, quibus proelialibus utebantur, itidemque cuncti satrapae et optimates eiusdem imitatu fecerant, multis iam exercitum intercurrentibus, qui virtutis solitae singulos et necessitatum praesentium commonerent. E diverso

6 virtutibus vestris cedent *Cod. Ox.* virtutibus nostris *P.* **28.** 13 propter *scripsi.* praeter *P. cf. p.* 100, 27. latus *Mr.* lutus *P.* 14 Strangae *Mr.* Strangio *P.*

Hic incipit altera pars eorum, quae Maius in Spicil. Rom. Tom. VIII ex codice Taurinensi edidit.

14 etiam *om. T.* 18 Enim *om. T.* 20 fideliter *T.* fidele *P.* 21 exercitus *scripsi.* eius *P. om. T.* perinde *P.* proinde *T.* 24 vectus *om. P.* 26 utebantur *T.* utebatur *P.* satrapas *T.* 27 imitati fecere *P.* exercitus *P.* 28 virtuti *P.*

autem cum longe tranquillius doctiusque Alexander Macedones in cornua protendisset, ipse Bucephala suo vectus imperatoriis officiis fungebatur. Tandem igitur bellicum lituo praecinente pari utrimque procursu partes in sese procurrunt. Primumque saxis ac missilibus iaculati, mox ensibus etiam strictis comminus proeliantur. Multa denique diei parte consumpta, ubi non discriminis parilitate protrahi bellum Darius vidit, enimvero quod unum id morae Macedonibus videretur, ut metendis Persicis militibus tantummodo laborarent, quo res periculi tenderet, haud dubie interpretatus fugam capessit et cursu sese, quam properiter posset, praesentibus liberat. Strangam denique etiam tunc stratum firmitudine perviabili transmittit atque exit et ipse quidem iter ad regiam properat. Iam vero turbatis Persicis rebus, cum omnes pariter illae tot phalanges, quae tamen ferri hostiumque nondum expertae essent, ad eundem alveum avidius advenissent, sive ex illa fragilitate naturae sive inconsulto agmine pariter inruente, Stranga suum officium deficit ingressosque submergit omnesque, quos alveo acceperat, necat. Reliquos porro insecuti Macedones obtruncant, nec fere fit aliquid ex illis omnibus reliqui, quo semesa curtaque Alexandri victoria videretur. Tum ergo Darius omni spe meliore deposita cum ingressus regiam suam humi sese eiulabundus miserabiliter prorsus et ignobilius constravisset, maerebat quidem et eorum mortes, qui sibi adeo infauste militassent, maerebat etiam damnum regni, quod ad incitas deduxisset, tunc

2 Macedonas *P.* praetendisset *P.* Bucephala *scripsi.* Bucephalo *P. T.* 3 imperatoris *T.* 4 utrique *P.* 5 primum xauxis *P.* 6 proeliant *P.* 7 Multis denique de parte consumptis *T.* de utraque parte *Mai.* 8 vidit *T.* iubet *P.* 10 metiendis *T.* 11 quam rem periculi tendere *T.* 12 ut cursu sese—liberaret *P.* 14 firmitudine *T.* fortitudine *P.* 15 iter *om. P.* 16 omnis *P.* 17 expartes *P.* 18 ad eundem alveum avidius advenissent *om. P.* 19 fragilitate *T.* facilitate *P.* agminis—irruentis *P.* 23 quos emersa cunctaque *T.* 27 et *om. T.* 29 inscitas *P.*

nomen et gloriam et parta tot saeculis deformataque nunc Persidos regna lugebat, recursabantque eum et captae urbes et subiugatae nationes et aequatio sui ad deorum immortalium vires solisque ortus, quem consessorem sibi dixerat gloriatior; qui quidem nunc profugus desertusque et inops omnium foret profecto, dicens, nulli esse hominum rata vel stabilia fortunaria, quae si parvam inclinationem status sui nacta sint, in contrarium protinus resultarent et quosque de culmine ad profundas tenebras urguerent. Indulgens ergo lamentis eiusmodi humi porrectus inopsque solatiorum diu miseriter agitabat.

29. Tandem tamen ubi satietas eum praesentium cepit, veluti sobrius maestitudinis factus conscribit litteras ad Alexandrum in hanc sententiam: 'Darius domino Alexandro haec dicit: Ante omnia quidem hoc moneo, uti te in hac fortunae beatitudine esse tamen hominem recognoscas, siquidem satis idoneum argumentum ad id consilii tibi ego praesto sim, quo profecto docere possim nil homines quam quaeque praesentia sua praesumere oportere. Neque enim id modo de me primum fortuna commenta est. Iam pridem istud in parente meo dea illa Xerxe monstraverat. Is quippe pari adrogantia cupitorum cum in vestros militiam delegisset, alioquin avidior rerum, quae regum glorias trahunt, pro hisce omnibus, quae petebat, opes suas totque illa militantium milia adtrita pariter amissaque ... ad poenitudinem vertit. Hisce igitur usus exemplis doctusque de talibus pro Graeco nomine atque XVII.

3 nationes *P.* regiones *T.* 4 ad *T.* atque *P.* 5 gloriatio *T.* qui *T.* hic *P.* 7 nullo *P.* rata *T.* rara *P.* stabilia *T.* stabilita *P.* fortunaria *scripsi.* fortunari *T.* fortuna *P.* 9 resultarent *T.* resultare *P.* 10 urgerent *T.* urgere *P.* 11 inopsque *T.* inops *P.*

29. 13 satias *P.* 17 hoc *T.* unum *P.* esse tamen *Mr.* si tamen *P.* tamen *T.* 19 quo *P.* quod *T.* 20 possim *om. P.* quam quaeque *T.* quamquamque *P.* 21 enim id *om. T.* 26 hisce *T.* is *P.*

clementia competentius feceris, si miseratione hosce impertias, quos tibimet fortuna supplices procuravit. Igitur ego per favisores tui deos nostrique adversatores quaeso obsecroque, uti mecum matris quoque et coniugis, ut te dignum est, filiorum quoque nostrorum meminisse non aspernere. Eius tibi benivolentiae vicissitudinem spondeo, uti thesauros, quos ex vetusto nobis reges parentes subfossos humi abditosque latebris reliquerunt, ipse quoque coram referam indicemque, tumque tibi Persarum deos prosperos et imperium secundum Medorum etiam et reliquarum gentium deprecabor digno profecto tali favore caelestium, si in aliis quoque relevandis tuimet memineris ut mortalis.'

Hisce litteris sumptis Alexander contionem protinus optimatium et praesentium cogit et ea, quae scripta sunt, recitari non differt. Enimvero tunc unus adsistentium Parmenion in eam sententiam vadit, uti nec humanitatis officium Alexander supplici denegaret et ea, quae sibi promiserat, libentius amplexaretur, redditurus scilicet matrem pariter et coniugem una cum filiabus mercede promissi. Sed enim ad haec Alexander, 'Atqui,' inquit, 'o Parmenion, mihi contra consilium est respondere Dario, frustra se illum hisce in nos liberalitatibus iactitare, quod thesauros suos suaque regna pollicetur. Non enim videt cuncta ista haec, quae nobis litteris largietur, iure belli nostra esse perfecta, neque ille super hisce nobis aliquando bellum indixerat. Enim quod ipsi, quaecunque Darius possederat et obtinebat, nostra esse, id est virtutis praemia, arbitraremur, idcirco in haec ipsa me mili-

1 hosce *T.* hos *P.* 2 tibimet *P.* tibi *T.* 3 ego per *T.* expers *P.* adversitores *T.* 4 *post verba* 'uti mecum' *desinit fragmentum Taurinense a Maio editum; incipit folium codicis Taurinensis 42, quod ipse legi.* 6 aspernere **T.** aspernare *P.* 8 abditos **T.** 18 officium *om. P.* 21 mercedem **T.** 26 largietur **T.** largitur *P.* esse *om. P.* 27 his *P.* 28 indixerat **T.** induxerat *P.* 29 et *om.* **T.** virtutis **T.** virtuti *P.* 30 me *corr. ex* se **T.** se *P.*

tavisse, neque mihi in Asiam transeundi aliam quis dixerit esse causam, nisi quod cuncta haec mihi ac meae praeiudicaveram possessioni. Sat igitur Dario videatur id modo unum lucri habere, quod imperterritus his omnibus veluti alienissimis incubaverit.' Et in hanc sententiam dictatas litteras ferri ad Darium iubet. Ipse vero transit ad huiusmodi diligentiam, uti et vulnerati competentius curarentur et desiderati bello sepulchris ad meritum decorarentur. Atque in haec occupatus hiemis spatia transegit, quidquid interea temporis fuerit, diis praestitibus sacrificiis obsecutus. Atque cum interea motu quodam animi repentino iussisset regiam Xerxi, quae opulentissima et pulcherrima videbatur, iniecto igni concremari, id quoque mox per poenitentiam reformatus exstingui atque ad faciem pristinam retineri praecepit.

XVIII. Fuit eidem inter haec curae, ut sepulchra Persarum et sepulta olim eorum corpora intueretur, quod in his sepulchris multi crateres aurei multaque magni pretii condita ad templorum magnificentiam dicerentur. Sed egregie ceteris anteibat Cyri aedes, quae scilicet turris ad faciem lapide levi quadratoque in summam altitudinem exstructa processerat. Ipsi vero Cyro conditorium erat e lapide visendo, cuius sive natura perspicua sive inscalptio adeo tenuis erat, ut nihilo prorsus, quidquid intererat, impediret intuentium diligentiam, adeo ut propter saxi illius evidentiam capilli etiam conditi cadaveris viserentur.

1 mihi *corr. ex* sibi **T.** sibi *P.* 3 Sat sit igitur Dario si videatur *P.* 4 imperterritus *scripsi.* imperterritum *P. ante hoc verbum* tam diu *vel simile quid videtur excidisse.* 9 bello sepulcris **T.** vallo sepulcri *T.* 15 reformatus *Keil.* reformatum *vel* reformatam **T.** reformatam *P.* 17 curae **T.** cura *P.* 19 crateres **T.** pateres *P.* 21 quae **T.** quare *P.* 22 lapide *om. P.* quadratoque **T.** quadroque *P.* 23 ipsi vero Cyro **T.** ipsius vero Cyri *P.* pro conditorium **T.** 24 e *om. P.* 27 propter **T.** praeter *P.* evidentiam **T.** evidentia *P.* 28 cadaveris *P.* caveris propter **T.**

Sed propter hoc sepulchrum flebile spectaculum Alexander protinus conspicatur. Erant enim Graeci ibidem complures, quos cum variis ex causis diversisque temporibus captivitate rex aut regii subegissent, praesectis naribus auribusque et quaecumque hominum vultibus decoriter natura providit, suppliciali post servitio devincti circa haec sepulchra custodes agitabant. Hi igitur omnes ubi iuxtim Alexandrum agere sensere, pariter voce et eiulatu suae gentis Graecisque supplicationibus obsecrantes audientem linguae propriae insignia facile permoverunt. Quare productos cum videret adeo flebiliter mutilatos atque laniatos fideliterque causas et ritum Persicum cognovisset, misertus eorum dederat quidem volentibus facultatem, uti viatico sumptuati, si vellent, ad patriam remearent. Enim cum sese ignobiles foedatosque latere melius a conspectu popularium quam ad ludibrium forsitan occursuros civibus praesentirent, huius quidem rei gratiam fecere regi, sibi tamen et locum, quem colerent, et vitam ab indigentia laxiorem protinus impetravere. Dat igitur his et agros dapsiles et cetera etiam, quae ad agrorum exercitia secundarent, proque supplicum civium consulit voluntate.

XIX. **30.** Sed inter haec rursus Darius comparando exercitui scribendisque militibus animum confirmarat. Scribit denique Poro, regi Indiae, talia: 'Clam me non est in indignationem tuam te ducere, quidquid nos ex

1 sepulchrum **T.** sepultum *P.* flevile **T.** 2 conspicatur *scripsi.* conspicatus *Mr.* contionatus **T.** *P.* 3 ibidem **T.** idemque *P.* 4 regii **T.** reges *P.* 6 providit P. providet **T.** 8 ubi iuxtim **T.** ibi iustim *P.* 9 pariter *scripsi.* pari **T.** *P.* heiulatus **T.** 11 permoberunt **T.** 12 fleviliter **T.** mutilatos *Mr.* multilatos **T.** *P.* 17 a conspectu **T.** conspectu *P.* 19 fecere regi **T.** facere regis *P.* locum *P.* loco **T.** 20 laxiore *P.* 21 agros dapsiles **T.** agros et dapsiles *P.* 22 pro quae supplicium **T.** pro quo supplicum *P.*

30. 24 comparando *P. corr. ex* comparandus **T.** 25 exercitui **T.** exercitus *P.* 26 regi **T.** *om. P.* 27 in indignationem *scripsi.* in dignationem **T.** indignationem *P.* ducere **T.** deducere *P.*

hostico patiamur; ferinam etenim expertus hostium rabiem vel ipsis etiam orbatus adfectibus ex illa regia beatitudine in extimam veni Darius ille miserationem, cum mihi non mater amantissima, non uxor conspirantissima, non suavissimi filii propter sint, quin haec cuncta adversantibus serviunt. Quare pollicente me non *32.* modo thesauros opesve regales, sed regni quoque nostri quam amplissimam portionem, spretis Macedo supplicibus eiusmodi una tantum proventuum suorum adrogantia delectatur. Ergo, mi Pore, iam opibus fatigatus, animo tamen ad sententiam milito, si modo faveas. Rursus enim proelium meditor, et si quos queam, ad communionem duco sententiae. Quod si tu quoque tam iustae indignationi nostrae accesseris tuamque iniuriam existimaveris, quae in me grassata est, ita praecavebis, ut te dignum erit et maiorum nostrorum, et isti conspirationi consulere tuisque commodis non deesse. Igitur ex opinione nostra feceris, si gentes quam plurimas congreges, quamque primum queas, ad portas Caspias tendas. Enim ne sit militia tibi mili- *33.* tantium inhonora, dabuntur a me singulis armatorum aurei tres pedestrium, equiti vero quinque, ceteraque quae alimoniis abundarint. Praedae quoque bellicae pars ex medio vestra fiat. At enim tibi privum munus istud habebis, quod indidem regalissimum est, Bucephalam equum scilicet una cum regiis phaleris regioque cultu concubinisque omnibus, quas octoginta centumque numerant, qui noverunt: eas omnes ac tales

6 *Inde a verbis* 'quare pollicentem' *etc. rursus incipit Cod. Ambr.* (*Quat. VI*). 6 pollicente *Keil.* pollicentem *A.P.* 9 proventuum *T. om. A.P.* 12 proelia *P.* queam *P.* quem *A.* quam *T.* communem *T.* 15 grassata *T.* crassata *A.P.* 16 praecavebis, ut *T.* praecabis *P.* pavebis *A.* erit *om. P.* 17 non *om. T.* 18 opinioni nostrae (*om.* ex) *A.* 22 pedestrium *A.* pedestri *T.* pedessum *P.* equiti *T.P.* equitum *A.* 23 abundarent *A.* habundarint *P.T.* 24 media *A.* primum *T.* 25 istud *A.* tute *P.* est *om. P.* bucefalum *P.* 26 scilicet egregiis phaleris *T.* 27 cultu *om. P.* omnis *P.* 28 talis *P.*

cum ornatibus propriis consequere. Quare acceptis his litteris, ne versaveris, quaeso, verterisve tale consilium; quin properato ad nos venias una cum hisce, ut dixi, gentibus, quae circa Indum colunt.' Et haec quidem Darius.

31. Sed Alexandrum ista nequaquam latuere do- *34.* ctum ex transfuga Persa quodam. Quare coacta manu ad regiones Medicas tendit, comperiens Darium Ecbatanis agere [quod nomen genti est]. Omissa denique Asia iter, quod instituerat, festinabat satis adserentibus internuntiis, quod si Darius fugiens portas Caspias intravisset, inefficacem illam insecutionem Alexander laboraret. Quae quidem etiam tum, veluti parum fideli sermone acciperet, dubia rex arbitrabatur; sed cum Bazanus quidam, eunuchus regius, transfugisset isque certius enarrasset Darium protinus fugiturum, addita est Alexandro properatio.

Aderant tunc Dario fugam molienti satrapae XX. duo, quorum nomen alteri Besas erat, alius vero dictus Ariobarzanes. Hi, cum iam rumoribus calidioribus adesse Alexander nuntiaretur, rati se plurimum in gratiam provisuros esse victoris, si necem Dario intulissent, regem suum in sua regia solitarium opprimunt et letaliter vulnerant ac si iam mortuum derelinquunt cautissimum confirmantes, si tantisper a conspectu Alexandri recessissent, donicum illud facinus, quod perpetrarant, ut victor perpenderet, divulgaretur.

3 his *P.* 4 Indiam *A.*

31. 7 persa *A.* per se *P.* 8 Ecbatanis *Mai coni.* in Balanis *A.* in Bathanis *T.P.* 9 gentile *T. Verba uncis inclusa spuria iudico.* ammissa *A.* 10 institerat *P.* 12 intrasset *P.* insecutionem *T.* inexsecutionem *A.* inexcutionem *P.* 14 acceperat *P.* dubia *Mai.* dubie *A.P.* 15 idque *P.* 19 Besas *Epit.* beas *A.* bases *P.* 20 Ariobarzenes *A.* ariobazanes *P.* 21 Alexandrum *P.* 22 provisuros *Codd.* proventuros? provenire *Epit.* 24 ac semimortuum *Kluge.* 25 cautissimum *T.P.* castissimum *A.* 26 secessissent *T.* 27 perpetrarunt *T.* perpetraret *A.* perpetrarent *P. emend. Mai.* ut *P.* et *A.*

32. Iamque exercitus Macedonum rursus Strangae 35.
memorati fluenta transmiserat et Alexander protinus superveniens regiam, in qua obversari Darium compererat, cursim inrumpit eumque recens vulneratum atque adhuc spirantem miseriter offendit. Sed id Alexandro ultra opiniones omnium flebile et luctuosum admodum fuit. Videns enim participem illius regii nominis ac maiestatis adeo misere vivendi clausulae reluctantem, flens eiulansque iacenti homini circumfunditur, eumque amplexabundus et contegens regia chlamyde in haec verba solatur: 'Erige te, quaeso, Darie, nec deseras: si quid enim ex animo est, quod iusseris, ratum habeto regna te tua recepturum futurumque rursus illum, qui fueris.'

33. Sed ad haec Darius exsangui iam corpore 36.
cum voce etiam ad primum impetum deficeretur, manus supplices tendens adtrectansque genua Alexandri adsistentis et circumplexus, ut poterat, tandem talibus loquitur: 'Licet mihi iam, Alexander victoriosissime, in hac constituto fortuna liberalius aliquid, quam qui victuri sunt, loqui idque a me amicum tibi, non hosticum putes. Inter haec verba blanda disceptes. Numquam igitur te regii nominis decus tollat, nec si quid blandius fortuna promiserit, idcirco te coeli compotem arbitrare. Enimvero consultius futuris quam praesentibus consules. Nihil enim interest, quod dispescat regiam nostram aut plebeculae dignitatem. En tibi ille Darius, nosti, quippe qui fuerim

32. 2 memorati *Mai*^{2}. memoranti *P.* a strage admemorati *A.* 3 obversari *T.* observari *A.P.* 4 irrupit *P.* 9 heulansque *A.* eiulanusque *P.* iacenti homini circumfunditur *T.* recenti homicidio confunditur *A.* iacenti homicidio confunditur *P.* 12 dari *P.* 13 iuberis *P.* luberis *T.* futurusque rursuque ille qui fueris *P.*

33. 18 assistens *P.* 20 qui victuri sunt *T.P.* qui (*superscripto* quae) victoris sunt *A.* 21 quidque *T.* 24 promiserat *A.* competem *A.* 26 quam *P.A.* atque *Mai*^{2}. 27 aut *P.* ut *A.*

dominus et deus scilicet huiusce mundi existimatus, ut flebilem mortem oppeto. Sed habeo obitus huiusce grande solatium, quod in tuis manibus hunc spiritum iam effundam. Quare, quaeso, non invideas sepulturam, quam mihi una cum Persis tui quoque Macedones exsequantur. Tum Rogodunen matrem meam commendatam tibi ad honorem dignum nomine nostro habeto atque participem Olympiadi tuae. Colito uxorem etiam meam; filiam vero Roxanen hac prece tibi commendo atque in manum do quaesoque eam dignam coniugio tuo censeas. Erit enim illi ad solatium largiter, nihil sibi de regia coniunctione defuisse.' Et in hisce verbis Darius spiritum transigit.

34. Multis igitur lacrimis miserationem regiam XXI.
Alexander prosecutus auferri cadaver et ad magni- 37.
ficentiam debitam proque sui dignitate ritu Persarum sepeliri iubet. Denique corpori regio transvehendo cum baiulos quosque nobilissimos suorum atque indigenas esse iussisset, ut illis officium tale non dedignantibus fieret, primus ipse onus feretri subiit. Quo viso cuncti quoque illud honoris primi maximum testimonium competebant. Infertur igitur sepulchris maiorum omnium tum Darius ac paulo post aedes ipsi templumque construitur et lex dicitur religiosaque sollemnitas datur more praescripto, uti dies ille annuus Persis celebratissimus fieret, non sacris modo et laetitia hominumque congregatu, verum spectaculis

2 at flebilem *T.* appeto *A.* 5 quoque *om. A.P.* 6 exequerentur *P.* 7 commendo ti ad honore *P.* 8 atque *T.* utque *A.P.* participe *A.* cilito *P.Epit.* colito *correct. ex* cilito *A.* 10 commendo atque *om. A.* habeo atque participem Olympiadi tuae colito uxorem hac prece tibi in manu do *T.* 13 his *P.*

34. 14 regiam *A.P.* rei clam *Mai*^{2}. 17 corpore *P.* 19 esse *om. P.* 20 fieret *A.P.* foret *Mai*^{2}. 21 illud honoris primi *T.* illud ut privi *A.P.* 23 'ac paulo post — 106, 4 annuos statuit' *om. P.* 24 et lex *T.* est lex *A.* dicitur *scripsi.* dici [dicit] *T.* dii *A.* 27 congregatu *Mai.* congregatus *A.*

etiam atque certamine tum ad mulcedinem aurium solitis procurari tum ad delectationem oculorum. Nam et fortitudine decertantibus et voluptate sua cuique praemia et honores annuos statuit.

35. Postque haec, quod ex incerto regiae incita- *38.*
tionis multi victoris animum formidarent eoque vagis terroribus agitarentur, quo cunctorum animos deliniret, edicit in verba, quorum sententia haec fuit: 'Rex Alexander, Ammonis et Olympiadis filius, Persis dicit. Ea quidem, quae iure belli transacta sunt, nullum profecto sapientium puto pro culpae merito putaturum. Etenim diis ista sententia est, quam exsequi mortalibus sit necesse. Quare superis quidem habeo gratias, favisoribus meis. Enim nunc quoniam vos quoque nostra cura esse coepistis, scire vos par est, satrapas quidem regionibus constitutos, quibus ex more parebitis haud secus prorsus, ac si sub Dario mos erat; eoque id consultavi, ne incerta regentium observatio plus penes vos haberet formidinis quam veritatis. Utemini igitur *39.* legibus vestris pariter ac moribus. Idem enim vobis conventus, eaedem sollemnitates et suavia; nec vagum quemquam a regione vel sedibus suis aberrasse quopiam probaturus sum, quippe quibus patrimonia privata habere permiserim, exceptis auro pariter et argento, quae communis hic usus magis esse regia confitetur. Reliqua vero omnis moneta, quae cuique est, domino permittetur. Armamentaria sane privata, si in usum publicum satrapae necessaria viderint, his quoque eos uti oportere mandavi. Agmina pariter peregrinari inque aliena transire interdixerim, nisi

1 mulcedinem *T.* dulcedinem *A.* 2 delectationem *T.* delectationis *A.*

35. 8 dicit *P.* haec *om. P.* 10 nullam profecto sapientiam *T.* 12 diis *T. om. A.P.* 13 superis *T.* super his *A.* super *P.* 21 solemnitates *A.* festivitates *P.* 23 probatus *T.* privata *T.* priva *A.P.* 24 permissum est *T.* 26 quae cuique *P.T.* quaecumque *A.* 27 permittitur *Mai*^{2}. 30 peregrinari *P.* peregrinare *A.*

quod tuendi sui gratia usque ad decem vigintive hominum numerum congreges facient. Cetera multitudo pro rebellatione et hostico punietur.

36. Mercaturarum versurae sint itidem ut sub *40.*
Dario pateantque commercia vel Graecis in Persas vel Persis etiam ad Graecos. Quippe provisum est, ut per satrapas etiam dimensa spatia viae publicae consternantur. Sollemnitates vobis et certamina gymnica erunt; sed hisce omnibus praesides dedi ex Alexandria mea viros Aegyptios, quibus aureae quoque coronae gestamen et amictus purpureus est permissus, praeterque eos ingressu ceteros sacri templique prohiberi [*placuit*]. Iudicia etiam, quae vulgo privatim quisque faciebat, nisi per curiam publicam civitatum celebrari non licebit. Ac si praeter haec aliquis ausus erit, hostis supplicio punietur.' Et haec quidem Ale- *41.*
xander usibus publicis. Quod vero ad comprehendendos eos, qui Darium vulneribus incesserant, dicit haec: 'Equidem me gaudeo hostem maximum Darium servitio subiugasse, eiusque mortem licet ipse exsecutus non sim, habeo tamen hisce, qui id fecerint, gratiam. Quare quod benivolentiae suae erga me studium protestati sunt, ii, quique sunt auctores huiusce, hortor ac moneo, uti se prodant mihique indicent praemia debita recepturi. Neve istud in ambiguum dubiumque quis transferat, iuro deos maiestatemque patris Ammonis et Olympiadis matris meae, quique hi fuerint, eos me sublimes ac notissimos omnibus effecturum.

3 rebellione *P.*

36. 9 his *P.* 10 Aegyptios *Mai*^{2}. egypti *P.* ex Aegypto *A.* 11 gestamen *T.* res tamen *A.P.* 12 praeterque *A.P.* pariterque *T.* ingressu *T.* ingressus *A.P.* 13 placuit *add. Mai.* In ducia *P.* 15 Ac *A.P.* Hinc *Mai*^{2}. 16 hoc *P.* 21 his *P.* 22 benevolentiae suae erga me *T.* benivolentiam suam erga mei *A.P.* 23 ii quique *T.* hi qui *P.* ii quoque *A.* huius *P.* 26 deos *T. om. A.P.* maiestatemque *T.P.* maiestatem *A.* patris et *P.* 28 eos me *A.* eosque *P.*

Neque enim non maximo digni praemio, qui eius consilia praeverterint, qui rursus bellum et nova mihi proelia meditabatur.'

37. Ad hoc edictum multis quidem fletu res *42.* digna videbatur. Sed enim Besas et Ariobarzanes, auctores scilicet caedis Darii, Alexandro sese obvios ferunt et professi facinus sponsionem praemii repetunt. Tunc viros protinus comprehendi et quam editissimo in loco cruci subfigi iubet. Quod cum praeter spem omnibus accidisset, patefecit rex dignum se suo nomine existimasse, si quid de regia liberalitate subtraxerit, dum Dario modo ultio debita procuraretur. Neque tamen hisce ipsis de periurio se reum fore, cum sublimes eos notissimosque omnibus fore edicto promiserit, quos quidem facile sit visere in illo suggestu crucibus adfixos. Tum omnibus et oratio placuit et regis benignitas comprobata est.

Sed hisce gestis ex voto Persarum et illic XXII. satrapa constituto, qui patruus Dario fuisset, eiusmodi *43.* litteras Alexander ad Rogodunen, matrem Darii, facit: 'Ea quidem cuncta, quae mihi adversum Darium fuere, perinde ut diis libuit, sunt transacta. Enimvero ego votis petivi, ut eius incolumitatem nanctus socio ipso uterer atque amico. Sed is quoniam suorum insidiis Besae vel Ariobarzanis sit interfectus, nihil a me reliqui fuit, quod ad prosequendum eius funus ultionemque dignum foret. Verum quoniam supremo Darius adloquio filiam suam Roxanen mihi in coniugio esse mandavit, voto eius et precibus accessi; idque e re est de litteris iam praesciri.'

2 qui *T.* quibus *A.P.* novum — proelium *Mai*^{2}.
37. 5 Besas *A.P.* Besus *Mai*^{2}. 9 affigi *P.* 10 rex dignum *T.* ex dignum *A.* dignum *P.* 11 liberalitate *Mai*^{2}. libertate *A.P.* 13 his *P.* 16 placuit *om. Mai*^{2}. 17 benignitatis *P.* 18 his *P.* ex voto **T.** et ex voto *A.P.* et illic **T.***P.* illic *A.* 23 incolomitatem nanctus **T.***A.* incolumitatem nactus *P.* 24 Sed his *A.P.* Sed et his **T.** 25 Besae *codd.* Besi *Mai.* 29 idque **T.***P.* Itaque *A.* 30 praesciri **T.***A.* praecui *P.*

38. Ad haec Rogodune mater Alexandro sic re- *44.* spondit: 'Nobis quoque id voti maxime fuit, ut quoniam diis inclinare Darii nomen ab illa potentia libuisset, in te nobis et illius dignitas et spes omnis incolumis servaretur, quem virtutum scilicet et sapientiae merito dignum fortuna sua nullus addubitet. Id ergo ut cunctis, ita nobis praecipue voluptati est, quas et in illa versura fortunae nihilum triste experiri contenderis et habitas pro veteri ac tui nominis dignitate nunc etiam regno participes. Igitur nobis quoniam id, Alexander, quod Darius, es, in te nobis deos et deorum beneficia numeramus, hancque gratiam ut tibi confessae, ita Persarum quoque proceribus palam fecimus, quo ipsorum etiam votis deorum immortalium numeris et consortio congregere. Quare tecum una, quod iubes, Roxanen quoque deinceps venerabimur.' Et haec quidem mulieres ad regem. Eaedem *45.* tamen satrapis et optimatibus talia: 'Agamus largiter diis immortalibus gratias, quod Dario desinente Darii nobis beneficia non desunt. Nam et Roxanen Alexander suam fecit eamque coniugii honore dignatur: qua cunctos de gratia una cum diis ipsis deorumque simulacris [*obviare*] vos regi adeo benignissimo oportebit, atque id, quod in commune proficiat, confiteri, cum eos, in quos dominus factus est, mutuari gaudium suum maluerit quam exercere.'

38. 5 incolomis **T.***A.* incolumis *P.* et *om. A.* 6 nullius *A.* id ergo *A.P.* et idcirco **T.** 7 ita **T.***P.* id a *A.* 7 voluptatis **T.** 8 quas *Schlee.* quos et illa versura **T.** quos et in illa versum *A.P.* 9 pro veteris ac tui nominis dignitatem **T.** 11 id **T.** *om. A.P.* es *A.P.* est **T.** 14 quo **T.** *om. A.P.* votis **T.***P.* vobis *A.* 15 congregere *P.* congredere **T.** congregare *A.* 17 regem agenda *P.* Eaedem **T.***A.* (*corr. ex* meaedem **T.**) 18 largiter *A. P.* taliter **T.** 19 mortalibus *A* 22 cum diis — oportebit atque *om. A.P.*; *locus servatus in* **T.**, *qui tamen in imo margine sinistro mutilatus est: desunt initia quattuor imorum versuum:* qua — obviare — id quod — quos do —. cunctos *scripsi.* cuncti **T.***A.P.* 23 obviare *supplevi coll. cap. I, 33; III, 57.* 24 confiteri *corr. ex* profiteri **T.**

39. Sed ad eiusmodi legationes Alexander gravabatur. Neque enim se parilibus cum diis honoribus exaequabat, quin immo meminisse semper *ut* mortalis suimet oportere admonebat. Nihilominus, ut quisque in haec officia venisset, laudatos atque donatos honoratius dimittebat. Idque quod de Roxanes nuptiis consuluisset, cum matre participat Olympiade iubetque id, quod ex priori praeda mundi regii fuerat Rogodunes atque Roxanes, referri ad eas protinus. Enim ut adfluerent regalibus copiis, ita monet verecundiae quoque disciplinaeque Graecae meminissent, colentes scilicet Olympiada ita, ut se rege et marito dignum foret; id enim uxore faciente nihil fore, quod magis esset Alexandro placiturum. Atque his ita institutis et factis ordinatoque omni regno Persarum in Porum ducit exercitum. *46.*

39. 1 eiuscemodi *P.* 3 exequebat *A. P. in A. correctum in* exequabat. ut *addidi. cf. p. 99, 13.* mortalis **T.** mortales *A. P.* 4 oporteret **T.** 6 idque **T.** itaque *A. P.* 7 iubetque *A. P.* iubet **T.** 9 id referri *A. P.* 12 Olympiata *P.* Olympiadaem *A.* regem et maritum **T.** *A verbis* 'et marito' *incipit prior pars schedarum Basileensium (B), quas Wackernagel repperit. cf. Zeitschr. f. deutsche Philol. I, p. 119.* — 16 *Post verba* 'ducit exercitum' *P. pergit ita:* Transmis (*leg.*: transmissis) ergo regionibus niceam oppidum obsidens sagitta humerum superscribitur. Incensam tamen urbem ducenta triginta [*milia*] bovum illic capta forme merito destinatum a captivis Macedoniam cultum agros suorum et suascitum (*leg.*: pascitum). Compertoque gentes achas sexaginta milia armavisse, in eos ire festinat. Pugnaque conmissa alexander crus sagitta vulneratur. Sed die quarta belli in opere interfecto rege se dedunt. — Iulii Valerii res geste Alexandri macedonis Translate ex esopo greco liber secundus Explicit, qui est actus eiusdem. Incipit obitus eiusdem liber tertius. *In T. subscript.*: IVLI VALERI ALEXANDRI POLEMI V̄C RES GESTAE ALEXANDRI MACEDONIS... LATEX EROPRO GRECO EXPL̄CT LIBER SECVNDVS QVI EST ACTVS EIVSDEM IN̄CP̄ OBITVS LIBER TERTIVS. *In A*: Iulii Valerii Alexandri Res Gestae Alexandri Macedonis Translate Ex Hesopo Greco Liber Secundus Qui Est Actus Explicit. Incipit Obitus Libri III.

LIBER TERTIUS

QUI EST

OBITUS ALEXANDRI.

1. Emensus igitur desertas Indiae regiones aquarumque indigentissimas, bestiolarum quoque examinibus infestas, quas phalangia vocant, multo labore ipse atque exercitus fatigantur; in eademque iam duces eius se conloquia conferebant, quod sibi satis esse deberet usque ad Persas proeliis laborasse. His quoque subditis et Dario consultum, quantum oportuerit, Graeciae, si modo vectigales Persas patriae fecissent. Quo vero ille tenderet labor in Indiam properantibus, adeo infestis omnibus locis feritate bestiarum? Quod si in tantum cupidine rei bellicae Alexander urgueretur, non sane videri consultum, inconsultae isti cupidini si comes fieret reliqua multitudo. Iret ergo, quo vellet, duceretque, qui vellent; se tamen missos facere deberet tot iam bellis exercitos ac fatigatos. Enimvero his Alexander cognitis advocatoque omni tam Persico scilicet quam Macedonico exercitu in haec verba contionatur: 'Unus mihi idemque est sermo apud *I. 1.* *2.*

1. 4 *Codd. A. P. B. incipiunt ab* 'aquarumque'. *Initium libri servatum est in* **T.** 5 indigestissimas *A.* 6 falangia *A. P. B.* sfalangia **T.** 8 se **T.** *om. cet.* 9 debere **T.** 9 Persas **T.** Persarum *cet.* proeliis **T.** *B.* prodiis *A.* proelia *P.* 12 in Indiam *A. B. P.* in insidiam **T.** 13 infestibus *B. P.* 14 tanto *P.* cupidine *Schlee.* ordine *codd.* re bellica *P.* bellica *B.* 15 consultum *scripsi.* consilium *codd. verbo* 'inconsultae' *finiuntur schedae Taurinenses.* 16 quo *A. B.* quod *P.* 17 se *P.* sit *B.* 20 scilicet *om. P.* 21 Unus mihi denique est *B.*

utrumque vestrum, o fortissimi milites, quive mecum Macedones huc venistis, quive Persae experti imperium post victoriam nunc mihi commilitium profitemini. Igitur in commune vobis dictum hoc habetote, quod si me solum ire in Indos eorumque bella decrestis, faciam id quidem intrepidus ac libens. Enimvero unum admoneam, quod adtestemini, nihil esse mirum, si ad futura quoque discrimina solus ire compellar, cum prioribus quoque solus animi virtute subfecerim.

2. Neque mihi est arduum, Macedones mei, eadem consulere nunc, quibus vos rectos in hanc solus possessionem victoriae duxerim, sola ferme cura imperatoria militans in hisce, quas confecerim expeditiones, nisi forte istud a me adrogantius ac non verius dictum esse miremini, cum unum quodvis imperatorium sapiens prudensque consultum praestet manum multorum inconsultius laborantium. Recognoscite igitur pariter et recensete, an vos umquam subficere potuisse tot illis Darii milibus ac fortitudini putaretis, quae ego princeps semper militiae laborisque semper dux in proeliis insuperavi, nisi forte aliis addubitantibus timentibusque egomet ipse legationem mei apud Darium facere dubitavi, nisi uspiam me cunctantem aut residem in proelio denotastis. Si ergo vobis ista sunt amica consilia, uti deserto me solitarii ad Macedoniam repedetis, ite sane: libens vos votis properantibus prosequar, modo si concordi animo id facere possitis neque dissidentes in nulla pericula prolabamini, ex quis facile noscatis omnem exercitus fortunam atque virtutem consistere in animo sapientis imperatoris.' His auditis haud dubie cunctos [*pudor*]

4 habeto *B.* 5 bella *om. P.B.* decretis *A.* **2.** 13 his *P.* 14 ac non verius *om. P.* 19 tot *Mai.* ut illis dari *A.* ut illis darii *P.* fortitudi *A.* 20 quae *P.* qua *A.* 21 superavi *P.* 22 ac dubitantibus *P.* 24 aures idem *B.* 26 solitario *B.* ita *P.B.* libensque *P.B.* 28 in ulla *P.* 29 prolibamini *A.* 31 pudor *addidi.*

pariter et poenitentia fatigabat. Confirmatis denique animis, quaesunt et sedare iracundiam regis, et uti se obsecutoribus ad cupita.

3. Atque ita fines Indiae ingressis obvii fuere legati, quos rex Porus ad Alexandrum cum litteris miserat, quarum sententia haec erat: 'Porus rex Alexandro dicit haec. Incursanti infestantique tibi fines ac civitates meas mando, Alexander, dicoque, uti cum te hominem memineris, nihil ad deos inconsultius moliare. Neque enim urguere te debent ad ausa temeraria fortunae hominum imbecilliorum hortarique, uti Indos incessas, quod tibi fuerit in Persas fortuna proclivior. Non enim te ex eo iuvari aucta speraverit virtus tua, cum primum nostri ceperis experimentum. Patet quippe cuivis nosse, quis ille sim Porus, et an ulli adversum nos licuerit *experiri* fortitudine, quippe qui non homines modo, verum etiam deos viribus antestemus. Quibus diis inefficacem audaciam fuisse adversum nos documenta sunt antiquissima vel vestra, quippe cum illum ipsum Liberum vestrum, qui apud vos deus existimetur, temere in haec inrumpentem irritum superatumque hinc Indi in fugam verterint. Quare non modo suadeo, verum iubeo quoque abire te hinc ad tuas Graecias contentum Darii fortuna et paribus gentibus viribusque ad illam vestri nominis mediocritatem. Neque enim si nobis Graecia vestra opus foret, non olim atque ante Xerxae conatus subacta Indis foret. Enimvero quoniam inutilis nobis

1 et *om. P.* poenitentiam fatigebat *B.* 3 sese *B.* **3.** 4 ingressi — legatis *P.* 5 porrus *P.* (*sic semper*). 7 fines civitatis meae *P.* mee *B.* 8 utique *corr. ex* tibi *B.* 10 urguere *A.* arguere *P.B.* causa *B.* 11 imbecillorum *P.* 13 aucta *P.* aut *A.* aut aspiraverit *B.* 15 quis *om. P.B.* *in A. superscr.* an ulli *Epit.* nulli *A.P.B.* 16 experiri *scripsi.* ex *codd.* quippe qui *P.B.* quippe *A.* 21 irrupentem *A.* 23 iubeo quoque *A.* iubeoque *P.* 24 contemptum *P.* 25 urbibusque *B.* vestri *A.* vestram *P.* illa murī *B.* 27 conatus *A.P.* quo natos *B.*

est nihilque dignum opibus nostris aut amoenitatibus habet, neque quaesita est neque quaeretur. Is enim demum labor suavis est proeliantibus, ex quo sit etiam idonea spes praemiorum. Neque enim est nostrum, in magno conatu digno operae pretio caruisse. Quare id tertio iam praedico ac denuntio tibi, uti facessas ex his, quibus imperare non possis.'

4. His litteris publice recitatis, Alexander ait: *6.* 'Nunc quoque vos moneo, sanctissimi milites, ne quid rursum magnificentia ista barbarica animos vestros inconsultius turbet. Auditis enim litteris Pori revocate illam quoque litterarum Darii memoriam, videteque, num adrogantia dispar, num dissimilia verba aut sit dissimilis imprudentia. Sicut enim istae ferae bestiae, quae apud ipsos sunt plurimae, pardi videlicet et leones elephantique, solo illo naturae suae fretae impetu et corporis alacritate, facile hominum sapientia subiugantur, itidem hosce barbaros intelligetis fiducia multitudinis fretos, nulla tamen praeditos imperatoria Graecave sapientia perfacile mox in dicionem nostram esse venturos, atque itidem prudentia nostra ad perniciem sui uti posse, ut in feras est facilis hominibus effectus.'

5. In hunc fere modum Alexander cum suos ad- *7.* hortatus esset, ipse quoque Pori litteris responsurus in hanc sententiam scribit: 'Terreri nos putans, Pore, litteris tuis magnum admodum meis consiliis incentivum praestitisti, quo nobis in vos dispositum est militare. Dicis enim nihil eiusmodi habere Graecos, quod sit dignum ad opulentiam vestram, vos vero

1 *verbo* 'est' *finitur prius folium Basileense.* 2 quaereretur *A.* Is *A.* his *P.* 4 enim *om. A.* 5 opere *A.*

4. 9 ne quid *P.* ne qui id *A.* 11 inconsultos *A.* 12 videte quae num *correct. in* videte quae nam *A.* 14 aut *A.* haud *P.* ferae istae bestiaeque *A.* 17 frete *P.* freti *A.* et corporis *Mai.* ex corporis *A. P.* 18 itidem *P.* idem *A.* intelligitis *A.* 22 pernicionem *A.*

5. 27 admodum consilium, *verbis litura separatis A.*

hisce esse omnibus adfluentes, quae sint ad beatitudinem necessaria. Addis praeterea operae pretium considerari militantibusque oportere [*ita*] uti, ne frustra laboretur. Quibus omnibus doces, quod nos quoque alacrius ad vos tendere debeamus, unde nobis haec cuncta, quae adeo vos praedicatis, accesserint. Fateor enim nihil esse Graecis eiusmodi, quorum vos divitiis gloriamini, atque idcirco indigentes meliorum a vobis petere necessaria. Illud vero ridiculum, ut cum te *8.* homunculis praeferas, tum diis quoque potiorem esse pronunties, quod ni adesset litteris tuis, in reliquis fiducia fortitudinis dici posset; quoniam vero hisce non temperas, temeritas utique est intelligenda. Quare sicuti tibi constantiam fingit ille contemptus, velut earum fortuna gentium minime moveare, quae sunt a nobis bello superatae, ita nos quoque nihilum omnino terrebit verborum ista magnificentia, quae temeritatis vestrae index potius est quam fortitudinis.'

6. His lectis Porus ad belli studia incitabatur. III. Cogit ergo exercitum et quam plurimos elephantos *9.* ceteraque genera bestiarum, quibus Indi commilitant; contraque eos Macedonum et Persarum aderat multitudo. Enimvero cum illos Pori numeros Macedones intuerentur unaque his bestias memoratas, admodum animo turbari coepere, haud dubie cunctabundi ob insolentiam eiusmodi proelii, quod una esset cum hominibus barbaris et omnigenis bestiis agitandum. Id animi eorum non clam Alexandrum fuit. Nam ipse quoque unacum bestiarum ista novitate movebatur.

Quaesita ergo belli ratione, comminiscitur per *10.* astutiam, quo demum genere averti posset impetus

1 his *P.* 2 opere *A.* consideri *A.* 3 militantibus *A.* ita *addidi. cf. p. 126, 28.* 4 quod *A.* quo *P.* 6 adeo etiam *P.* 9 vero *A.* ergo *P.* 12 hisce *A. P.* ab hisce? 13 temperat *A.*

6. 21 conmilitant *A.* militant *P.* 23 Pori numeros *A.* per innumeros *P.* 24 unaque *P.* una *A.* bestiis memoratos *A.* 27 omnigenis *A.* omnigenus *P.* 30 per *om. P.*

bestiarum. Igitur statuas aereas quam plurimas advehi secum quibusque de proximis locis ad locum proelii iubet. Quod ubi factum est, ibidem igne subiecto quam plurimo calefieri eas et igniri festinat; erantque eae statuae post primos aciei ordines sitae atque ita ante belli tempus hostibus invisitatae. Enimvero ubi signa bellica crepuere primique concursus partium sperabantur, Indi barbari feras illas bestias prae se ire dimittunt, ita scilicet doctas, ut cum primum in adversos volavissent circaque eas proeliaturi hostes occuparentur, nihil Indis supervenientibus morae fieret, quin libera iaculandi hostis trucidandique facultas pateret. Id ubi factum est, praedocti Macedonum ordines primi paululum de loco, quo institerant, repedantes ignitas statuas incursantibus bestiis produnt. Quas cum falsa facie velut etiam candenti colore, impetu belli complexu et morsibus adfectarent, mox sauciae debilesque aut protinus cadere aut refugere coepere omnino nullum auxilii ullius emolumentum dominis adferentes.

7. Sicque Indis ab illo ferarum auxilio destitutis *11.* secunda concursio fuit, ut ipsi privi inter sese virtutibus experirentur. Igitur Persae coepere sagittis Indos incessere ceteroqui nudos armorum eminusque configere, neque minus eos equestribus proeliis quam vehementissime Macedones fatigare. Cum quibus una cum ipse Alexander periculo non deesset, equus ille Bucephala, quo vehebatur, Pori dextra vulneratur, et

1 quantas plurimas *P.* 3 quod ubi factum est, *in P. omissa esse Volkmannus dicit* (*Adnot. crit. p. 15*). igne *P.O.* igni *A.* 5 heae statuae *A.P.* post primas acies et ordines *A.* 16 veluti etiam cedenti *P.* ductae, etiam? 17 effectarent *A.* 20 dominus *P.*

7. 22 ut *om. P.* privi *P.* prius *A.* 23 exferirentur *A.* 24 ceterosque *P.* eminusque confugere *A.* comminus configere *P.* 25 neque minus *A.* quominus *P.* 26 fatigarent *P.* 27 ille *om. P.*

cadit, idque Macedonibus supra omnia, quae possunt in proeliis incommoda videri, ingratum fuit. Quare neglecto omni omnino opere bellandi equum exanimem ipse cauda in partes suas retrahit metuitque, ne spolium illud Indi suum vellent, quod esset Alexandro pudibundum. Atque ita receptis suis et proelio dissoluto viginti ferme dies indutiis dantur, quibus utrimque sepeliendis exurendisque his, qui apud alteros proelio desiderati fuerant, institere. Sed *12.* hisce quibus dixi diebus haud pauci Persarum in partes Pori transire Alexandro nuntiabantur. Quod IV. cum et impune fieri pervideret et consuetudinem haud commode gliscere fidei negligentibus, iniit consilium, uti Porum ad solitarium ipse proelium provocaret, cetera dicens genera bellandi fortunam exspectare potius quam virtutem aut gloriam ducum. Enimvero sibi non indidem laudem videri imperatores captare debere, unde subditis suis periculum fieret. Optimum ergo in utroque iudicatum iri, si suis ipsimet duces manibus experirentur. Quod si Poro sederet, fortunam eiusmodi minime aspernaturum. Id barbarus sibi libenti satis offerri profitetur adquiescitque condicioni, quam Alexander fecerat, scilicet aestimatione barbarica de modo corporum mensuram virium metiens, cum se proceritudine corporis et cetera magnitudinis congruentia longe distare ab exiguitate Alexandri pervideret, ipse quinque ferme cubitis evectior, cum Alexandrum qui visitavere vix tribus cubitis numeravissent.

2 videri ingratum fuit *A.* redivive *P.* 3 equum exanimem *etc. A.* cum ipse exanimem caudam *P.* 9 altero *P.* 10 his *P.* 11 transisse *P.* 12 impune *A.* in pue *P.* 13 iniit *P.Epit.* init *A.* 16 potius *P.* protinus *A.* 17 videri *P.* viri *A.* 18 debere *om. A.* 19 iudicatum iri *Haase. cf. Volkmann ad Itin. Alex. XVIII;* iudicant viri *A.P.* ipsimet *P.* ipsi *A.* 22 et acquiescit *P.* 23 quam *P.* quem *A.* 25 proceritate *P.* magnitudine congruenti *P.* 26 exiguitatem (*om.* ab.) *P.*

8. Hac igitur adrogantiae spe cum dies pariter *13.* et locus proelio constitisset fieretque pugna regalis, primitus quidem anceps diu fortuna bellantibus videbatur, non minus Alexandro tempus incursandi rimante, quam Poro locum vulneris declinante. Sed cum forte apud Indos ex quadam repentina conversione Pori strepitus et conclamatio exstitisset, avertissetque os, quo causam Porus illius strepitus cognovisset, involat Alexander atque eius inguina telo eminus transfigit eumque prosternit. Hac indignatione Indi excitati in arma prosiliunt instaurantque id proelium, quod absque vulgi periculo pactum inter reges erat. Enimvero Alexander saepe iam Indicam *14.* vim expertus non facilem rei bellicae manu silentium quaerit et ab hoste patientiam petit paulisperque patientibus in hunc modum loquitur: 'Non equidem video causas, o Indi, tam inconsulti huiusce discriminis vestri, cum nihil egerit aliud nostra inter nos proeliatio, quam uti vestro commodo consultaret. Igitur cum omnis militantium vis ei ostentationi proficiat, si teste imperatore suo, quod singulis sit devoti animi, monstraverint, quid hoc rei est, quod incassum discrimina vestra profunditis, Pori iam testimonio facessente?'

9. Ad haec dicta cum Indi se nolle Graecis *15.* fieri captivos dominumque Alexandrum pati vulgi murmure testarentur, secundo etiam sermone Alexander monet, solverent hunc cordis sui metum exspectationemque curarum eiusmodi abicerent atque secluderent, et fidem rati dat iureiurando. Neque enim sibi libidinem talem aut desiderium umquam Indici imperii adstitisse, sed enim omnem illam causam

8. 9 inguina *A.* ingnem *P.* 10 eminus *P.* minus *A.* 14 rem bellice, *corr. ab alt. manu in* bellicam *A.* 17 huiuscemodi *P.* 20 ei *P.* et *A.*

9. 26 dominumque *A.* dominum *P.* 31 umquam *A.* quam *P.* 32 adstitisset *A.*

proelii hanc fuisse, si experimento ipso fortitudinis suae gentes quoque ceterae didicissent, amicitiam suam singulos magis quam vehementiam experiri convenire. Igitur irent quisque securus in sua nec ultra quicquam de victorum insolentia trepidarent, cum illa quoque causa ab indignatione victoris sese utique tueretur, quod plerique soleant in ultionem prioris contumeliae insequi superatos. Non Indos enim culpae illius reos apud se fuisse, verum Porum, qui sat sibi poenarum, quae lex belli, monuit, praestitisset. 'Sed ne ipsi quidem ultra iam hostis sum,' ait. 'Quin etiam hortor moneoque vos, uti regem, ut fas exigit et vobis moris est, sepulturae inferatis.' Ad haec dicta Alexandri non cunctanter quidem adquieverat vis Indorum. Sed enim Alexandro non absque utili sapientia haec humanitas sederat, cum et vim Indicam saepe expertus foret et pleraque praedae eorum, quae secum plurima gentis suae more Indi ad proelium vehunt, in suam potestatem sciret esse translapsa.

10. Quare domitis hostibus avectaque praeda *16.* ad Oxydracontas, quae gens exim colit, iter suum dirigit, non illam quidem gentem ut hosticam incursaturus — neque enim illis studia sunt armorum —, sed quod celebre esset Indos, quos gymnosophistas appellant, hisce in partibus versari, opum quidem omnium et cuiusque pretii negligentes, solis vero diversoriis patientissimi, quae humi manu exhauriunt aditibus perangusta, enimvero subter capacius spatiata, quod

4 securus *om. A.* 6 ad indignatione *corr. in* indignationem *A.* 7 tueretur *A.* uteretur *P.* 9 illius *A. P.* ullius *prop. Mai.* 10 quae *Mr.* quia *corr. ex* qui *A.* que *P.* quas *prop. Mai.* 16 humanitas *P.* humilitas *A.* 18 mori *A.* 19 *Hic inseri vult Meusel (Fleckeis. Ann. 99, p. 285) ea, quae ex P. attulimus ad p. 123, 15.*

10. 20 domitis *A.* dimotis *P.* evectaque *P.* 21 osydracontas *A.* osidracontas *P.* 22 incursaturus *P.* incursatur *A.* 25 his *P.* 26 diversorii sapientissimi *A.* 28 capacius *Volkmann.* capacibus *A. P.*

id genus aedium neque pretii scilicet indigens et ad flagrantiam solis aestivi apricius habebatur. Ii igitur V. cum comperissent Alexandrum ad sese contendere, primates suos, quos scilicet a sapientiae modo censent, obviare adventanti iubent cum litteris huiuscemodi: 'Gymnosophistae Bragmanes Alexandro homini dicunt. *17.* Si tendis ad nos proeliaturus, utique tibi propositum est, quid nobis adferas, habes porro, quod auferas, nihil. Sin vero venis ut discas, quae a nobis scilicet sciri queant, nulla est invidentia. Etenim non arbitramur inter hasce scientias nostras causam discordiae positam, cum tibi amica res proelium, nobis vero philosophia noscatur.' His lectis Alexander pacificum iter agere decrevit; videtque homines reliqua nudos, sed amictu simplici superiectos, diversantesque his aedibus seu speluncis, quarum relatio supra est. Eorum filii coniugesque pascendis pecudibus occupabantur.

11. Ergo instituit Macedo cum hisce hactenus loqui, VI. ac primum [*quaerit*], an uspiam huius gentis hominibus *18.* sint sepulchra. Ad haec responsum est, idem sibi domicilium esse, quod sepulchrum, eoque consuefieri his diversoriis, ut dum quotidie dormiunt, desinant aliquando vigilare, exque eo sibi esse unam domum viventi pariter et mortuo. Rursus quaerit ex alio, utrumne plures vivi an mortui putarentur. Ad id responsum est, videri quidem plurimos mortuos, sed

2 estiva apricus *A.* aptius *Mai.* Hii *A. om. P.* 3 primatos *P.* 4 cessent *A.* 5 adventati *A. post* huiuscemodi *inseritur in A.*: EPISTOLA GYMNOSOPHISTARUM AD ALEXANDRVM. 6 Gimnosophistae Dragmantes *A.* tragmannes *P.* 7 utique tibi praepositum est *A.* utique tibi proposito *P.* inutili tibi proposito *Mr.* 9 venies *P.* 10 non *om. A.* 14 agere decreverit *A.* aggrederetur *P. corr. Mai.* 15 deversantesque *A.* 16 seu *P.* secus *A.*

11. 18 his *P.* 19 quaerit *addidi.* 22 ut *Mr.* et *P.* sed *A.* 25 vivi *P.* viverent *A.* ad idque *A.* 26 *verbo* 'mortuos' *incipit alterum folium Basileense.* sed et eos *B.*

eos numerari non oportere, quoniam iam esse desiissent, quippe plures pronuntiari oportere eos, quos videas, quam illos scilicet, quos neque oculi ulli neque ratio conspicetur. Post quaerit ex alio, utrumne vita fortior an vero sit mors. Vitam esse responsum est, quod solis quoque ferventior orientis vigor, marcentior vero viseretur occiduus, ortumque hominis esse, quo vivitur, contraque, quo frigeat. Et id addit, utrum mare spatiosius anne terra. Terram esse respondent, cuius mare gremio teneretur. Sciscitatur id quoque, *19.* quaenam omnium bestia callidior et astutior. Hic vero cum risu hominem esse pronuntiant adduntque rationem de exemplo sui, qui solus tot animantium milia inlexisset, ut ad persequenda ea, quae aliis essent, praedae cupiditate laborarent. Non his ut ad contumeliam dictis Alexander movebatur. Enimvero addit, quid imperium sibi videretur. At illi fraudis potentiam esse respondent adiutam temporis blandimento vel, si ita mavelit, iniusta audacia. Quaerit etiam, utrumne dies an vero nox prius constituta putaretur. Nihilque cunctantes noctem priore ordine posuere, cum omnia quoque concepta vivendi auspicium in tenebris sortiantur, post vero nata in lucis spatia transmigrarent.

12. Pergit denique sciscitari, cuinam mentiri *20.* hominem non oporteret. Responsum est, deo, quod omnia videns ille sit atque omnium sciens. Quaerit etiam, quasnam in homine partes honoratiores esse

1 *Verba* 'oportere — pronuntiari' *om. A.* quoniam *B.* quum *P.* desinant *B.* 3 oculi illi *P.* 4 conspicetur *P.* conspicentur *B.* conspiceret *A.* 5 vere *P. in A. ordo turbatus. Verba* 'Vitam — ferventior' *leguntur post* quo vivitur. 9 spatiosius *om. B.* 10 mare *om. B.* id quoque *A.* denique *P.* 11 quonam *B.* bestiam *B.* Hic *A.* Huius *P.* 14 a persequenda *P.* 17 per imperium *A. B.* 18 adiutam *P.* ad vitam *A.* 19 iniustam audaciam *P.* 21 cunctanti *B.* 23 sortiantur — nata *om. B.*

12. 25 sciscitare *B.*

existimarent. Laevas esse responsum est, quod sol etiam oriens ex laevo dextrorsum curriculum exsequatur; tunc quod permixtio maribus ac feminis laevarum mage partium existimetur, et lactaturam feminam laevi uberis primum alimenta praestare, deosque laevis humeris religione gestari, et reges ipsos indicia dignitatis praeferre laevas. Cumque post haec et, quid sibi a rege vellent, largitum iri polliceretur, immortalitatem consoni poposcere. Sed id cum rex praeter potestatem suam esse dixisset, 'cur ergo,' aiunt, 'cum sis mortalis, tot tamen laboribus servis et tantis adpetentiis vinceris, quarum tibi fructus aut nullus aut brevis est, enimvero idem mox ad alios transiturus?'

13. Tum Alexander 'Non haec sane nobis,' inquit, 'in manu sunt, enim deorum vivimus lege, quam homines exsequi sit necesse. Neque enim illi nisi navigari maria sivissent, venti quoque navigantibus prosperarent, aut virecta etiam moverentur, nisi ob hoc ortis flabris impellentibus cederent. Gigni quis neget cuncta ratione, esse *ratione*, qua nata sunt, moxque occidere interireque ratione? Nihil denique omnino frustra reperies, quin cunctis actibus sui motus et causa sit. Ut mihi quoque non utique ratio ista bellandi sit suavis, sed quoniam animum meum ardor istiusmodi voluntatis incesserit, decedo ac ministerium meum puto, quidquid de hoc labore profecero. Deinque facessant ista de medio: quae iam erunt inter homines discrimina fortunarum? quae dispar ratio

21.

22.

2 etiam *om. P.B.* 3 promixtio *A.* 4 lactorum *A.* lactarum *corr. ex* lactorum *B.* 7 praeferre laevas *P.B.* laevas praeferre *A.* laeva *Mr.* 8 largitum iri *P.* largiter *A.* 11 tot *P.* tu *A.* 12 vinciris *P.*

13. 18 moverentur *Mr. e Graec.* morerentur *A.* orirentur *P.* ob hoc ortis *P.B.* obortis *A.* 20 esse ratione qua nata *Mr.* esse qua nata *A.P.* esse quanta *B.* 22 reperias *P.B.* qui *B.* actibus *P.* actis *B.* auctus *A.* 23 causa *P.B.* clausa *A.* utique ratio *A.* uti ratio uti ratio *P.* 24 quoniam *A.* quod *P.B.* 25 decedo *A.* de celo *P.* 26 hoc *om. B.*

gloriae? quae diversitas dignitatum? quis voti modus? Desinet protinus coli terra, transmitti mare, desiderari successio, cum illa promptior sit naturae hominis admiratio non videri, quae metuas, cum meminisse non desinas desideratorum. Etenim quanti qualesque meorum etiam proeliis cecidere? quanti vero adepti desiderata? Non ex illorum incommodo condicionem suam, sed ex ipso proventu beatitudinem metiuntur. Haec denique una vivendi lex est, velle sibi unumquemque, quod penes alterum videat, ut habeat ipse quoque, quod mox transmittat ad ceteros.'

14. His talibusque cum sese tunc Alexander oblectavisset, exim iter prorsus exsequitur arduum quidem illud et laboriosissimum inviis locis asperitate naturae et colentium vastitate. Deque labore hoc Aristoteli scribens magistro ut vel maximum sibi testimonium dicit eisque litteris sententia talis fuit. 'Operae pretium est, mi magister, eorum omnium, quae sint in nostris laboribus maxima, eorumque, qui mecum una toleraverint inopinatissima, te participare

XVII. *23.*

1 modos *B.* 2 desiderare *A.* 3 hominis *om. B.* 4 videri *codd.* videre? 6 ceddere *B.* 8 mentiuntur *A.* 9 sibi *om. A.* 11 transmittat *P.B.* transmilitat *A.*

14. 12 talibus *A.* cum *om. P.B.* 13 oblectavissent *B.* 14 locis indicas asperitate *B.* 15 *Post* vastitate *in P. leguntur haec:* 'Interim cum unam civitatem in die obsideret, scalas muro praecelsas admoveri iubet. Quibus admotis cum praegrandibus saxis de saxis frangerent repugnantes, sola qua rex pugnabat, duravit. Et cum nullo auxilio idoneo quo sociis subvenire posset videret, irruit solus omnia hostium milia multitudinemque urbis in sese convertit; iamque vergente die a latere summo vulneratur, et recepto altius ferro decipi viribus occepit. Id macedones coniectati vi claustra effringunt, regemque suum diffidentem recipiunt.' *Quae fere verbotenus consentiunt cum Itiner. c. LII, unde menda corrigas.* De quo *B.* 16 uti vel maximo *B.* 17 eisque litteris *scripsi.* eiusque litterae *A.* eique litteris *P.* eique litteras *B.* *Epistolae inscriptio in A. legitur haec:* EPISTOLA ALEXANDRI AD ARISTOTELEM MAGISTRVM. 18 opere *corr. ex* oportere *A.* 20 inopinatissima *scripsi.* opinatissima *codd.*

per litteras. Igitur Indicas regiones incessimus. Nam cetera tibi ad Bragmanas usque praemiseram. His denique penetratis, Prasiacae supervenimus, quae civitas regia quaedam Indiae cluit. Situs vero eius loci arduus et ad promuntorii faciem longe porrectior; nam et mari imminet subiacenti. Enimvero quod istum colunt hominum nescias invisitatius an inauditius genus; hique sunt promisce mares atque alius sexus, omnes tamen ad nostratia corpora, quibus sunt feminae, molliores. Nam et vetus sermo eos molles Sabaeos appellat. Sed nihil aliud ferme ad cibum norunt praeter piscium genera, quorum illis multa et facilis abundantia est. Fuit igitur mihi ad eorum fabulas diligentia et interpres inventus est, qui nobis daret cum hisce barbaris fabulari.

15. Cumque multus et varius sermo procederet, *24.* locum interea quendam insulae monstravere — nam is etiam eminus visebatur —, quod esse dicebant veteris cuiusdam regis indidem monumentum; id auro esse et pretiis refertissimum conditis. Cum hoc naturalem hominum vel diligentiam in nostris vel adpetentiam promovisset certatimque festinaremus, pars visendae eiusce insulae vel sepulchri, pars vero vel plurimi auri etiam aviditate, et spe potiundi iam animis gestientibus, repente barbari, qui loci eius indices fuerant, dilabuntur eque inconspectu nostro incertum quanam maiestate evanescunt, relictis sane naviculis admodum parvis duabus ac decem, quibus vectari soliti intelligebantur. Igitur una mecum cum amici ad specta- *25.*

1 incessim *B.* 2 usque ad bracmanas *P.B.* 3 Prasiacae *Mai.* parsiace *A.B.P.* 4 loci huius *P.* Situs situloci *B.* 5 promunctoria *B.* *Hic finitur alterum folium Basileense.* 7 inusitatius *P.* 8 alius sexus *ego.* aliud secus *A.P.* 10 molles abeosabeos *A.* 14 inventus *P.* ventus *A.* 15 his *P.*

15. 17 is *Mai.* his *A.P.* 20 conditis *Mai.* conditi *A.* *om. P.* hoc *om. A.* 22 permovisset *P.* 23 eius *P.* 26 incertum *Mr.* infertum *P.* incerta *A.* 28 intelligabantur *A.* 29 cum *om. P.*

culum properarent, Philon scilicet et Hephaestion, Craterus quoque multique alii, obstitit Philon ac periculum illud visendae novitatis non primum a rege faciendum, verum a se modo suisque similibus, suadere persistit. Quippe amplius aliquid in hisce regionibus formidandum, in quibus viderimus hominum formas de conspectu nostro facile evanuisse, neu si quid secus atque ut speraverant incommodaret, eius periculi fieret de rege principium. Sese igitur iturum esse confirmat ac, si exploratio secundasset, tunc demum nos tuto posse transmittere.

16. Sedet sententia persuadentis, atque ita iussi- *26.* mus fieri. Conscensis ergo navibus protinus ire ad insulam tendunt, quae quamvis propter obviare oculis videretur, ad integrae horae tamen spatium consumpserant navigando. Tandem sunt visi insulae institisse. Sed ubi gestum est, omne id solum repente una cum viris et sepulchro, quod visebatur, submersari mari et in profundo labi conspicamur. Neque enim vana formido ludebat oculos intremiscentium, enimvero illa Philonis mors et exitium eorum, qui una Philonem comitati sunt, fuerat. Territi igitur detestabili morte sociorum indigenas barbaros rimabamur, si quid nobis de itinere consultarent. At vero nullus uspiam visitur, locisque desertis et inhospitalibus per octo posthinc immorati dies egimus consilio confirmando. Tum in illo promuntorio, cuius supra *27.* facta est mentio, bestiam quoque vidimus praegrandi

1 properarunt *P.* filon *A.* efestion *A.* 2 cratherus *A.* 5 his *P.* 8 incommodarent *A.* 9 igitur iturum *A.* iterum igitur *P.*

16. 13 ad insule ire *P.* 15 tamen *A.* tantum *P.* consumpserat navigantibus *A.* 16 visi *A.* usi *P.* 21 illud *P.* et *A.* est *P.* 22 comitati sunt fuerat *P.* comitati fuerant *A.* 23 barbaras *P.* rimabamur *scripsi.* rimabam *A.P.* 24 si quod *P.* 26 immorati *Mr.* immemorati *A.P.* 27 in illo *P.* illo *A.*

admodum et inopinabili magnitudine, quam ebdomadarion vocant, adeo immensi portenti rem, ut illi perfacile insistentes etiam super dorsum elephantos cerneremus. Hac igitur spectaculi foeditate moti iter ad Prasiacam repedamus, per quas ubique vastitates multa ferarum nomina multasque eiusmodi saevitudinis facies erat videre, serpentium quoque genera permiranda. Illic et solis lunaeque defectus comminus etiam speculati sumus et causam hiemis et temporum differentias arbitrati. Quo primum reversi, ut inspecta sunt, vos quoque participare curabimus.

17. Nunc enim nobis iter per regna Darii Per- *28.* sasque nostros agitatur; quam cum omnem peragrare regionem cordi habeamus, multo ubique auro multisque crateribus abundamus, non his ex auri modo materia pretiosis, verum longe lapidum luce maioribus. Neque tamen nobis alia quoque ab hoc genere divitiarum instrumenta sunt minora. Sed hic circuitus, de quo dicimus, a portis Caspiis fieri coeptus laboris aut vitae eiuscemodi. Ubi coenatum exercitui foret, statim signum dari classico et ad vesperam iniri iter oportebat; idque horis ferme nocturnis tribus agitari convenerat, sex vero insequentibus horis somno indulgere; rursusque exim ad horam diei quartam reliquum spatii transmittebamus. Sed enim viantibus non simplex habitus neque incuriosa munitio fuerat necessaria. Peronibus quippe crura omnia pedesque muniri et femoralibus uti pellinis oportebat reliquumque corpus ambire loricis, quod illae omnes

1 ebdomadarion *P.* ebdomarion *A.* 2 inmensi portenti rem *P.* mensi potentiarem *A.* 4 hac *A.* hec *P.* 5 repadamus *A.* 6 sevitudini *P.* 9 causam *P.* causas *A.* 11 curabimus *scripsi.* curavimus *A. P.*

17. 12 enim *om. P.* 15 auro *A.* 18 hic circuit *A.* hec circuitus *P.* 19 quo eptus laboras aut vitae eiuscemodi *A.* ceptus laboris aut vite huiuscemodi *P.* 23 insequentibus *Mai.* insequentis *A. P.*

Persicae regiones multis admodum et vehementibus infestari serpentibus dicerentur.

18. Idque iter continuatis diebus ferme duodecim *29.* exanclavimus atque ita demum ad oppidum adventamus situm in insula circumflui fluminis; ibique visitur castrum consitum undique arundinibus, quae ad triginta cubitorum spatia supercrescerent. Crassitudo vero earum supra eam, quanta est hominis crassitudo. Navigia quoque plurima amni inerant, quae mox curiosius intuentibus partes quaedam fissarum arundinum noscebantur. Enim huius fluminis liquor ad potum hominis adversus amaritudine nimia est cum salsitate. Quaerentibus igitur, quam poteramus, ex adcolis usum elementi memorati aliud castrum eminus demonstratur ab stadiis ferme quattuor indidem situm; ad quod cum audacius quidam exploraturi properassent, flumen quidem adfluum vident; sed emersi indidem hippopotami magnitudine nescias an saevitia immaniores nostros, qui exploratum abierant, incursavere. Ac rursus ad aliam partem eadem nobis curiositate rimantibus agmen earundem bestiarum longe numerosius occursabat. Quare omni genere *30.* fugienda loca evitandumque periculum videns classico signum abitioni praecipio, quamvis tanta vis sitis eiusque desiderii homines incessisset, ut plerique etiam a potu urinae ob necessitatis vehementiam non temperarent. Igitur forte fortuna cum exim stagnum quoddam dapsile repperissemus potitique desiderato ac persuavi potu *per* prata virentia sterneremur, eminus video in quadam adiacentis tu*muli em*inentia ti-

18. 5 insulam *A.* 6 a triginta *A.* 8 supra *A.* super *P.* 12 nimia est *P.* nimia *A.* 13 quam *A.* qua *P.* 15 situm *A.* consitum *P.* 18 inpotami *A.* hypotami *P. corr. Mai.* magnitudini *A.* 19 inmaniores *P.* in maiores *A.* 22 occursabant *P.* 23 loca *P.* loco *A.* 29 per prata *Mai.* prata *A. P.* 30 adiacentis tumuli eminentia *scripsi.* adiacentis tuinentia *A.* adiacentis uinentia *P.* adiacenti eminentia *Mai. Mr.*

tulo gemmeo superscriptam hanc sententiam: 'Aquationem hanc rex Seconchosis orbis universi praestiti cunctis Rubrum navigantibus mare.' Igitur iussi propter hoc stagnum castra constitui ignesque quam creberrimos fieri.

19. Et iam noctis ferme hora tertia numerabatur inlustrisque admodum luna nihil diurni luminis demutarat, cum subito conspicamur undique ex omni silva, quae circumsteterat, bestias quasdam ad ripam stagni potus gratia contendentes. Erant eae bestiae scorpii quidem non minus proceritudine cubitali, ammodytae etiam albi colore vel rufi, nec non cerastae coloribus ut supra diversis. Quare vehementi sollicitudine incitati conspicantesque iam nostrorum aliquot interemptos fletibus undique consonantibus periculum opperiebamur. Insequebantur enim praedictas bestias etiam quadrupedes beluae vehementes, potus scilicet consuetudine ac necessitate illo venientes, quae quidem erant leones supra magnitudinem taurorum, quos ex nostratibus maximos ducimus, rhinocerotes etiam vel apri vel pardi, lynces quoque et tigrides scorpiurique una elephantis et bucriis; tunc taurelephantes et cum his homines senis manibus portentuosi; himantopodes etiam et cylioperdices multaque formarum humanarum genera invisitata. *31.*

20. Igitur excitabamur ad providentiam periculi *32.*

1 gemmeo *P.* gemineo *A.*

19. 7 illustri *P.* *post* luminis '*splendore*' *vel aliud substantivum excidisse suspicor.* 10 heae *A. P.* 11 proceritate *P.* ammoditate *P.* 14 aliquot *scripsi.* aliquod *A. P.*; *in A. superscr.* quos. 20 duximus *P.* 21 scorpiurique *scripsi secutus Graeca καὶ σκορπίουροι.* corepti utrique *A.* corripti utrique *P.* 22 bucriis *Mr.* (*βούκριοι Graec.*). buriis *A. P.* taurelephantes *Mr.* (*ταυρελέφαντες Graec.*). Tyre elefantes *A. P.* 23 senes *P.* himantopodes *Mr.* (*ἱμαντόποδες Graec.*). in antopodas *A.* in antopodes *P.* 24 cylioperdices *scripsi.* cynopendices *A. P.* (*κυλιοπέρδικες Graec.*). multarumque *P.*

imminentis. Atque ideo arma quidem quam properantissime capimus; mando vero ignes quam maximos et creberrimos fieri silvisque ipsis conflagrare facillimis immitti incendia. Quae res etsi plurimum quantum contra multitudinem bestiarum opitulari trepidantibus poterat, invitat tamen nimietate luminis plurimas illo contendere; idque certamen in eo usque novis vitandis periculis fuit, donec lunae cum occasu umbrata tellure effusisque tenebris ad consueta silvarum refugia omnes illae bestiae remearent. Non prius tamen memorata saevities animantium receptui consulit, quam id animal supervenisset, quod regnum quidem tenere in hasce bestias dicitur; nomine autem odontotyrannum vocant. Haec bestia facie elephantus quidem est, sed magnitudine etiam huius animantis longe provecta, nec minor etiam saevitudine hominibus egregie saevientibus. Quare cum nostros incesseret ac ferme viginti et sex de occursantibus viros morti dedisset, tandem tamen reliqua multitudine ignibus circumvallatur et sternitur. Adhuc tamen saucius odontotyrannus cum indidem fugiens aquae fluenta inrupisset ibique exanimavisset, vix trecentorum hominum manus nisu extractus de flumine est. Hactenus igitur noctis illius nobis periculi finis fuit. *33.*

21. Longe tamen molestius, — quo enim caveri difficilius erat — quod post evenit. Tenebris enim post occasum lunae omnia obumbrantibus nyctalopicas viseres de arenis profundis emergere non minoris longi- *34.*

20. 1 arma atque quidem *P.* 4 etsi *Mai.* et ipsi *A. P.* 6 invitat tamen nimietate *Mai.* invita tamen animi etate *A.* invisita tamen nimietate *P.* 7 certamen *A.* certandis *P.* in eo usque *A. P.* usque eo in *Schlee.* novis *A. P.* nobis? 8 donec cum lunae *A.* 10 remearunt *P.* 13 has *P.* nomine *Mr.* nomen *A. P.* 15 provecta *Mr.* provectus *A.* praevectus *P.* 16 hominibus *om. P.* 17 *Verba* 'quare — 19 multitudine' *om. P.* 23 manu nisu *P.* nisu *del Mr.* extractus *Mai.* extracta *A.* tracta *P.*

21. 26 enim *A.* igitur *P.* 27 omnia *om. P.* nyctalopicas *scripsi.* nitalopicas *P.* ynitalopicas *A.*

tudinis cubitis decem; eaeque, quo poterant, homines involant. Tunc ex iisdem arenis crocodili etiam exstantes passim invadunt quadrupedia militaria. Ad hoc alites, quibus apud nos vocabulum vespertilio est, sed quae illic super columbarum magnitudinem, dentibus tamen ad humani rictus valentiam saevae sunt, circumvolare coepere et quibusque incautioribus aures aut nares aut digitos praesecare. Tum rhinocoraces insecutae, sed eae sane neque ad homines saeviebant neque ignes temere advolabant. Tandem igitur restitutus diei intelligensque, in quanta discrimina proderemur ab hisce Indis, qui sese salutares itineri futuros esse nobis polliciti erant, eos ob fraudis meritum eisdem aquis praecipites dari necarique praecepi. Atque exim usi itinere rectiore tandem restituimur viae, quae nos ad Prasiacam tuto deduceret.

22. Igitur cum oppidum quoddam opulens sane *35.* et abundans omnibus refectioni humanae necessariis advenissemus, recipiendis viribus ibidem dies quinque transegimus. Enimvero cum sexta iam reditui consuleremus, talis nobis obicitur admiratio. Primum quidem venti spiritus vehemens et procella adeo supra consuetam magnitudinem rapax orta est, ut non tentoria modo satis firmiter fixa convelleret, verum homines quoque stantes gradientesque prosterneret, nisi quod properanter sarcinis strictis ad tutiora oppidi concursamus. Enimvero dum ista molimur, coire nubes et densitate nimiae crassitudinis solis lumen omne coepere subtexere indiscretamque nobis noctem diem-

1 haeque *P.* quo *A.P.* qua? 2 Tum *P.* hisdem *A.P.* existantes *A.* 3 Ad hoc *P.* adhuc *A.* 5 columbae *A.* 8 rinochoraches *A.* rinocerotes *P.* 9 hae *P.* 10 advolebant *A.* 12 his *P.* salutares itineri *Mai.* salutaris itineris *A.P.* 13 nobis *om. P.* pollicebantur *P.* 14 insdem aquis (*corr. ex* aequis) *A.* iussique necari *P.*

22. 21 miratio *P.* 22 quidem *A.* quippe *P.* 23 orta *Mai.* hortus *A.* ortus *P.* 28 in densitate *A.*

que confundere. Neque id breve aut transitorium fuit. *36.* Enim diebus fere quinque pari facie foedatus aër in id tandem aliquando purgavit, ut sexta sub luce, cum interruptis nubibus sol faciem mundo pristinam reddidisset, tantam vim nivium incubuisse videremus, ut supra trium cubitorum altitudinem densa multos quidem et nostratium interfecerit, quos forte in apertioribus locis nacta sit, plurima tamen obruerit quadrupedia, quorum nihilum non stantaria morte obriguisse visitares.

23. Eaque nivium vis cum diebus ferme triginta *37.* vix tabuisset, aequato tandem solo itinere dierum ferme quinque Prasiacam adventabamus, multo quidem labore, qui strictim dictus est, exanclato, enimvero maiore praeda totius Indiae earumque gentium, quacumque transmisimus, convectata, nullo omnium Indorum Persarumve dubitante, quin omnia nobis ad subiugandum facilia forent, quocumque animum intendissemus. At cetera nomina pretiorum aurique opulentiam ulterius non requirendam [*existimavimus*], vixdum gravibus subvectionibus consulentes, cum tanta in his, quae subiugata sint loca, vel copia vel adfluentia reperiretur. Sic igitur animo laxato cum nihil iam foret, quod non fortuna ex hisce adpetentiis explevisset, omne demum intenderam desiderium, ut, si quid esset, quod invisitatum aliis foret atque auditu mirabile haberetur, id sane resciscerem videremque.

24. Tum quidam viri ex oppidis circumsistentibus *38.*

1 transitorium *P.* transcursorium *A.* 5 tanta *P.* 6 densam *A.* 7 nostratium incubuisse interfecerit *P.* 9 nichilum ni tantarum mortem *P.*

23. 12 habuisset *A.* ferme *om. P.* 13 Prasiacam *scripsi.* Prasiaca *A.P.* 16 Indorum *scripsi.* Indo *A.P.* 19 aurique *om. A.* 20 existimavimus *add. Mai.* 22 vel copia *P.* vel *om. A.* affluenta *A.* 23 nichilum *P.* 24 his *P.* appetentis *A.* 25 invisitatum *Mai.* inusitatum *A.P.* 26 auditum mirabile haberet *A.*

24. 28 Tunc *P.*

esse dignum cognitu et scientia contendebant, si modo mirum homini videri posset virecta noscere et arbusta loquacia ad humanum modum. Id primum ut impossibile alienissimumque natura arbitratus neque credideram et renuebam. Sed persistentibus adserentibusque, adsensus *sum* tandem itineri eius terrae, quam sol oriens visitaret. Eo ergo cum venissemus, ducor in quendam locum arboribus consitum vel amoenissimis. Hunc illi paradisum vocitavere. Enimvero conseptum viseres non materiae circumiectu, verum arborum frequentia circumsistentium. Deorum sacrum Solis Lunaeque esse dicebant; nam et aedes templaque opere naturali hisce diis ibidem intrinsecus viseres, duas vero arbores caelum ferme proceritate intervectas, simili facie qua cupressus, plerumque etiam directiores, ex ea stirpe, quod genus arbores myrobalanos habent. Sed ex hisce duabus arboribus, de quibus supra locuti *39.* sumus, marem alteram, alteram feminam esse contendunt. Et maris quidem arboris praesidem Solem, feminae vero Lunam esse altricem. Harum omnis circa radices convestitas viseres tergis ac pellibus sacris; sed ex his, quae ex maribus essent, *ad* marem arborem, quae vero ex pecudibus femineis, ad honorem feminae sitae. Quamvis hominibus gentis eiusce usus ferri aerisve vel stanni omnifariam ignoraretur, neque esset quicquam, quod ad aedificii usum ex luto fingeres. Cum igitur illa terga vel spolia bestiarum, ex quis forent animantibus, quaererem, comperio leonum esse sive pardorum et huiuscemodi bestiarum, et usque tergis

3 *Verba* Id primum — 7 venissemus *om. P.* 5 et renuebam *Schlee.* ut rintivebam *superscripto* referenti *A.* 6 sum *add. Mai.* itineri *Mai.* itinere *A.* 7 ducor ergo *P.* 8 vel amoenis *A.* vel amenis *P.* 9 illum *P.* vocavere *P. Inde a verbo* 'Enimvero' *usque ad verba* 'diligentiam praesto' *p. 135, 13 omittit P.* 11 deorum — Solis *scripsi.* eorum — soli *A.* 15 directiores, ex *Mai.* directiorum est *A.* 20 altricem *Mai.* ultricem *A.* 22 ad *add. Mr.* 29 et usque *A.* et hisce *Mai. Mr.* iisque?

non ad honorem solum numinum uti consuetos, verum etiam ad operimenta abuti homines incolentes.

25. Id tamen esse in hisce arboribus admirabile: *40.* namque oriente sole marem illam arborem itemque cursus sui meditullium possidente vel tertio occiduo loquacem fieri et consultantibus [tertio] respondere, idem vero nocturnis horis atque lunaribus arborem feminam. Doctus igitur ab his viris, qui antistites loci sacerdotesque memorantur, uti mundus et ab omni inreligioso contagio impollutus accederem, comites mihi eius aditionis adscisco amicos carissimos fidissimosque, Parmeniona scilicet, sed et Craterum, Isyllum quoque atque Macheten et Thrasyleonta et Machaona una Theodecto Diiphiloque, sed etiam Neocle. Monentibus igitur sacerdotibus religione prohiberi ferrum id loci invehi, ita ut praedictum est facio moneoque, addo tamen cautelam eiuscemodi diligentiae, quod octoginta viros fortitudine pariter exploratissimos adesse circa ea loca ac nemus, quo ingrediebamur, quam sollicitissime iubeo, exploraturos etiam, ecquis esset, qui forte vocem de proximo subiectaret, quam nos ex illis arboribus ferri arbitraremur.

26. Adhibito igitur uno ex Indis, qui interpres *41.* dictorum idoneus foret, cuius inlectu illo veneramus, iuro quam sancte poenam illum capitis non evasurum, si promissum ex arbore responsum diffamatumque tacuisset. Unde intentis ad audiendum, mox cum primum solis occasus et abitio fuit, vox auditur ex ar-

1 ad honorem solum numinum *Mai.* ad honorum solum nominum *A.*

25. 4 illam *Mai.* illum arborem *corr. ex* ille arborem *A.* 5 tertio occiduo *scripsi.* ceriae occiduae *A.* certe occiduo *Mai.* 6 tertio *uncis inclusi.* 13 *nomina, plerumque Muellerum secutus, restitui ex Graecis:* Ysillum (*pro* Isyllum) — Machenten — Thrasileonta — Machona — Difficilique (*pro* Diiphiloque) *A.* 16 loci *Mai.* loco *A.* 17 addo *Mai.* addi *A.* 18 explorantissimos *A.* 19 loco *A.*

26. 24 inlectu *Mai.* iniecto *A.* 27 cum primum *Mr.* primum *A.*

bore, sed lingua barbarica, eiusque interpretamenta habuit quisquam nobis et dissertare audebat. Id cum obstinatius faceret cupiditateque omni ad significantiam vocis emissae properarem interminatus interpreti necem, nisi sedulo mihi praedicta narrasset, perterritus tandem eiusmodi esse responsum arboris fert: quod enim obitu veloci et occasu iam proximo vitae meae spatia urguerentur; eamque mortem non de externis, enimvero de meis et proximis fore. Quae dicta cum ex natura hominis meum quoque animum attillarent ac sub ortu lunae rursus ex arbore femina oraculum mihi sciscitanti reddi deprecarer quaerens et obsecrans, numnam matre et proximis salutatis obitus mei clausulam subiturus sim, non barbara iam, sed Graecae linguae significantia lunaris arbor elocuta est, mortem mihi in Babylonia esse fatalem.

27. Id satis triste mirumque admodum amicis *42.* adsistentibus videbatur. Ego tamen coronis atque alio religioso honore locum donare contendens sum prohibitus a sacerdotibus, quod huiuscemodi munera dii indigetes abnuissent. Agebam maestus et exspectatione futuri admodum territus; Parmenion tamen me Philippusque in somnum ac requiem hortabantur. Sed id quoque cum omnifariam negitassem ac iam ferme dies insequens indilucesceret, ipsum ad sacrum ire contendo adtrectansque arborem quaeso percontans, ecquid si vitae praedicto adeo urguerer, revectari tamen ad Macedoniam corpus meum dii promitterent, viderene matrem atque uxorem ultra potuissem? Sed

1 barbarica *corr. ex* barbarici *A.* eiusque interpretamenta *etc. corrupta.* interpretamenta nemo quisquam nobis edissertare *Mai.* 3 faceret *scripsi;* facerent *A.* significentiam *A.* 4 emissae properarem *Mai.* emissa praepararem *A.* 9 meis *scripsi.* deibus *A.* comitibus *Mai*^{2}. *Mr.* 12 sciscitanti *Mai.* scissitandi *A.* 13 matrem *A.*

27. 25 indilucesseret *A.* 26 attrectansque *Mai.* ad rectamque *A.* 27 ecquid *Mai.* et quod *A.* 28 promitterent *A.* permitterent *Mai.*

ad haec *cum* primum ortu solis lux mundo est reddita, ex vertice arboris acuta quaedam vox, sed enim discrebilis et intelligenda sic adpulit: 'Completa sunt,' inquit, 'tibi vitae spatia, quae debebantur, nec revehi sane ad matrem, ut desideras, poteris, quoniam illa mors in Babylonia sit futura; sed sedes corporis longe diversa est. Verum ubi haec tibi finis adfuerit, mox matrem quoque una et coniugem perituras esse tristiore morte non ambigas, Indis una vel Persis etiam infestantibus.' His *43.* compertis animoque ad necessaria confirmato, moratus dies ferme duodecim ad Prasiacam festino; et Atilaniae regionibus, quarum peragrandis oppidis praesens intentio erat, debitam diligentiam praesto. Ergo Prasiaca percursata revenio Persidam, omni studio properans Samiramidos quoque nunc regnum visere. Sed quoniam ad hanc mihi interim finem res gestae sunt, ea te scientia participare amicum fuit. Quare vale.'

28. Post hasce litteras ad Aristotelen datas XVIII. pergit ire, ut scripserat, ad Samiramidos regiam, quod *44.* illo se et opulentiae fama ducebat et magnificentia pervulgata imperii satis inclyti ad laborem. Quippe urbs omnis muro quam validissimo est circumsepta portarum valvis aere vel ferro ad firmitudinem vel decorem impendio fabre possessis. Omne vero oppidum quadratis saxis, sed hisce non incuriose laevigatis congestum et cultum visere non absque admiratione visentium fuit. Enimvero regina oppido erat et pulchritudine famosissima et commendabilis ex aetate, forte tunc viro vidua, quamvis mater iam trium liberorum. Sed feminae nomen Candace dicitur. Proneptis

1 cum primum *Mai.* primum *A.* ortu *Mai.* ortus *A.* 2 ex vertice *Mai.* et vertice *A.* 5 quoniam *scripsi.* quam *A.* 8 id tristiore *A.* 11 Atilaniae *A.* aliis Indiae *coni. Mueller.* 16 ad hanc *scripsi.* ad huc *A.P.* ad hunc *Mai.*

28. 18 has *P.* 19 quod illo se *A.* quo llo se *P.* 20 fame *A.* magnificentia *Mai.* magnifica *A.P.* 21 pervulgatio *P.* 25 his *P.* 29 mater iam *om. P.*

erat haec Samiramidos supra dictae. Ad eam igitur Alexander scribit talia:

'Aegyptum adveniens ex eorum indigenis audivi *45.* illis terris et domos vestras et sepulchra esse defuncto- rum; ex quibus palam fuit dominatores esse priscos reges vestri Indiamque tenuisse. Nam et relatio addidit Ammona quoque meum militasse una vobiscum, et id famae adstipulatur etiam oraculi maiestas, quod editum iubet uno nos deo sacris obsequi. Quare religiosum est facere dei iussa, et id moneo suadeoque rectius tibi facturae, si veneris, enimvero multum peccaturae, si omittas.'

29. Ad haec Candace scribit: 'Verius nobis ora- *46.* culum est Ammonis dei neque nos in Aegyptum militare neque Indiam nostram hac ex causa debere commoveri, enim si quis huc audeat, hisce utpote hostibus occursare. Quare dei iussis parere decretum est ac verecundum. Nec nos aestimes ex colore; quippe cui animi liberalis species intuenda est, non satis corporis forma praeiudicat. Id ne putes arte timoris adlatum, octoginta nobis populos scito esse vel maximos, eosque omnis agere in armis non ob iniuriam inferendam, sed inferentibus occursuros. At vero te probo, quod ad communionem nos sacri et obsequium voces Ammonis dei, quem maximum et praesentissimum scimus. Habebis ergo tibi ex nobis *47.* amicitiae argumentum centum laterculos auri grandis-

2 *Epistolae in A. superscripta sunt haec:* EPISTOLA ALEXANDRI AD CANDACEM REGINAM. 5 quis *P.* dominatos *P.* 6 regis *A.P.* ralatio *A.* 9 editum *P.* edictum *A.* uno *A.P.* una? 11 enimvero *scripsi.* non vero *A.P.* si veneris. Non vero multum si veneris .n̄ vero multū peccare si *A.* 12 omittas *Mai.* ammittas *A.* admittas *P.*

29. 13 Candaces *A.P.* (*sic fere semper*). *post* 'scribit' *legitur in A.*: EPISTOLA CANDACIS AD ALEXANDRVM. Verius *Mai.* venus *A.P.* 15 haec ex causa *A.* 16 his *P.* 17 occursare *corr. ex* incursare *A.* in occursare *P.* 20 praedicat *P.* 21 scito *om. P.*

simos, Aethiopas impubes quingentos, psittacos sex, sphingasque sex, praeterque haec Ammoni deo nostro coronam smaragdis ac margaritis, etiam toreumatis pretiosiorem. His et loculos refertissimos cuiusque generis margaritarum atque gemmarum ad decem numerum eburneosque alios loculos octoginta una misi usibus et deliciis tuis ferarumque genera, quae sunt nostratia, elephantos trecentos quinquaginta, pardos sex, rhinocerotas octoginta, pantheras vero quattuor milia, canes etiam in homines efferatissimos nonaginta, tauros trecentos, virgas ebeni mille atque quingentas; quae cum primum auferenda iusseris, transmittentur. Haec ut valebis scribasque ad nos velim, et qui te iam orbis universi dominum esse gratulemur.' 14

30. Et ad haec quidem transferenda Alexan- XIX. der miserat. Ipse vero paulo post videndae reginae *48.* studio illo profectus est. Quod ubi Candace comperit, eiusmodi rem ex ingenio comminiscitur. Unum e pictoribus peritissimis ire clam obviam adventanti Alexandro iubet, eumque quam conliniatissime efficiat ac depingat atque ad sese properiter picturam, quam inleverit, deferat. Id ubi factum est et pictor revenit, acceptam effigiem abdito quodam et secreto ponit in loco. Sed insecuta est factum hoc eiusmodi fabula. 24 Filius reginae Candaces, cui nomen Candaules erat, *49.* una cum equitibus admodum paucis forte adcurrit ad quaedam tentoria Alexandri militum. Moti vero custodes exercitus personae novitate ducemque illum et

2 sphingasque *Mr.* frigasque *A.* fingasque *P.* nostro *A.P.* vestro *Keil.* 4 His ad loculos *P.* 7 ferarumque *Mai.Epit.* ferarum *A.P.* 8 nostrati *P.* 9 pantheras *Mai.* pantheros *A.* pantaros *P.* 10 efferacissimos *A.* 13 Haec ut valebis scribasque *etc. A.P. corrupta.*

30. 16 videndo *A.* 17 Candaces *A.* Candacis *P.* 20 efficiat *A.P.* effigiet? 21 propiter *P.* 23 quodam *corr. ex* quidem *A.* 25 Candacis *A.* (*sic fere semper*). Candeules *corr. ex* Candaules *A.* Candales *P.* 26 occurrit *A.* 28 illum *A.* ipsum *P.*

si qui cum ipso venerant, comprehendunt offeruntque Ptolomaeo, cui cognomentum Soter erat; eius enim dignitas veluti secunda post regis ambitum videbatur. Quod igitur Alexander id horae somno per diem teneretur, Ptolomaeus quaerit ex homine, quis esset quasve haberet causas repentini illius superventus. Ad haec Candaules opinatus regem Ptolomaeum sese ait esse quidem filium reginae Candaces; sed enim sese una cum coniuge civilius et incuriosius ad sacrificium annuum contendentem Amazonum, superventum a quodam Bebryciorum tyranno uxore privatum, omnes denique militum, qui una secum fuerant, interfectos. Quare commodum nunc numeris congregatis hanc se moliri militiam, uti ultioni consuleret.

31. His compertis Ptolomaeus ad regem in- *50.* rumpit eique comperta communicat, quae quidem grata Alexandro et ex voto accidere videbantur. Surgit igitur e lectulo et diadema protinus suum in Ptolomaei caput transfert chlamydeque augustiore vel regia circumiectum egredi iubet, tum ubi petitus a Candaule rex fuat, ad sese Antigonum satellitem vocitare. Pro quo Antigono cum ipse Alexander Ptolomaeo se veluti satellitem obtulisset, ‘Ibi,’ inquit, ‘cuncta haec mihi comminus dicito atque a me consilium super re quaeritato.’ Ita ut doctus est, Ptolomaeus protinus facit. Sed cuncti videntes et Ptolomaeum cum insignibus regiis et pro satellite Alexandrum adsistentem, summa ex-

2 Ptolomeo *A.* ptholomeo *P.* cognomento *P.* 4 id horae *P.* ad horae *A.* 5 Ptolomeus (*sic semper*) *A.* Tholomeus *P.* 6 superventus *P.* adventus *A.* 7 Candales *P.* (*sic semper*). opinatur regem esse Ptholomeum *P.* 8 esse se quiquidem *P.* 10 Amazonum, superventum *scripsi;* superventu Amazonum *A. P.* 13 quomodum *A.* 14 confuteret *A.*

31. 16 eique *P.* et quae *A.* 17 ex vota *P.* accidere *Mai.* accedere *A. P.* 20 Tunc *P.* 21 petitus *Keil.* penitus *A. P.* fuat *scripsi.* a Candaule rex fuit *P.* ad Candaulem egreditur facit *A.* ad sese *corr. ex* ex sese *A.* 28 adsistentem *scripsi.* ad-

spectatione pendebant, ecquid novi consilii regi sedisset. Namque ut egressus est habitu famulantis, protinus *51.* Ptolomaeus: ‘Cerne,’ inquit, ‘Antigone, hunc Candaulem: is Candaces reginae est filius, sed enim iniuriam deflet coniugis raptae per insolentiam regis Bebrycis. Facies igitur obsequenter, si nos consilio iuves subiciasque, ecquid nunc facto opus esse arbitrere.’ Ad haec Alexander: ‘Dignum te sane erit, rex,’ ait, ‘si armato exercitu iniuriam supplicis ulciscare eximasque eius adfectus, cuius honor matri proficiat.’ His compertis Candauli gaudium. Sed Ptolomaeus ad haec respondit: ‘Ergo,’ inquit, ‘Antigone, exsequere istud, quod subiecisti, consilium atque exercitum para.’ ‘Faciam sane,’ respondit Alexander; ‘sed enim XX. commodum est mihi, rex, ad consilium, quod subiecero, bellum istud inferri Bebrycum regi seu regno non die teste; neque enim animus barbari improvisa formidine incitatus ab interfectione raptae mulieris temperabit. Erit vero frustra opem supplici procurare, si emolumentum victoriae dilabatur. Ergo si placet, nox belli tempus et superventus eiusmodi confirmetur. Ubi enim flammis immissis noctis obscuro turbari civitas coeperit, adquiescent condicionibus nostris facillime iam praeventi raptaque nobis haud difficile repraesentabunt.’

32. Haec cum dixisset et Antigonus crederetur *52.* a supplice, procidens eius ad genua Candaules ‘Quam vellem,’ ait, ‘tu ille Alexander fores cum hac tua, Antigone, sapientia! non enim armigeri parum nobis

sistem *A.* existentem *P.* 1 regii *A.* 5 babricis *A.* hebricis *P.* 7 opus est *P.* 10 affectus *P.* adinterfectus *A.* 12 exsequere *Mai.* exquire *A.* exequi *P.* 15 est *om. P.* 16 bebricum *A.* hebrico *P.* 18 interfectione *Landgrafius.* infectione *A. P.* 21 nox *A.* mox *P.* 23 adquiescet *P.*

32. 26 crederetur *P.* consideraretur *A.* 28 ait tu *P.* an tu *A.*

calens industriam dedisses.' Ergo, ut consilium fuit, inruunt nocte barbaricam civitatem et iam somno deditis superveniunt; iniectis denique flammis omnia conflagrare cum septis somno nuntiarentur causamque superventus haud dubie cognovissent, undique increpari classico iubet, Candaulis illum exercitum uxorem esse repetentis. Quare boni consulerent, si regi uxor protinus redderetur; quod ni fecissent, omnis civitas direpta hostiliter conflagraret. Id ubi civibus palam factum est, inruunt aedes tyranni aedibusque praefractis mulierem protinus reddunt. Hoc gaudio 53.
Candaules cum agendis gratiis occuparetur eiusque facinoris summam penes Antigonum conlocaret, complexus eum hisce adloquitur: 'Da quaeso te mihi, Antigone,' ait, 'ad matrem usque comitatum, ut pro consultis tuis a me quoque praemiis munerere.' 'Ergo', inquit Alexander, 'recte feceris, si id ipsum a rege super meo nomine postularis. Nam et mihi haud mediocre studium est et videndae civitatis tuae et reginae pariter salutandae.' Monet igitur Ptolomaeum, uti petitis adnueret seseque legatum ac nuntium ad Candacem ire mandaret; et Ptolomaeus pro iusso, ac si petenti adveniret, facit ac sic ait: 'Et ipse sane loqui per litteras aveo cum Candace et gratiam tibi faciam, ut desideras; eumque nobis quam primum sospitem redhibeto; hunc enim tibi ut me ipsum Alexandrum tecum missum habebis.' 'Ita sane,' Candaules ait, 'eumque tibi onustum donis regalibus reddam.' Insinuat ergo traditque Candaules Alexandro vel maximam exercitus sui partem impedimentaque omnia, quibus apparatus regius vehebatur. XXI. 4

33. Sed enim Alexander viabundus cuncta curiosius spectans animo perlustrabat, montes scilicet arduos et congesta saxorum nivali specie candentium, quae pleraque crystalli metalla dicebantur, frigida sane sub caeli plaga et circum omnia nubibus convestita. Enim frigus hoc fertur non obsistere uber- 10
tati. Arbores enim procerissimas virentesque et graves pomis ubique mirabatur. Haec poma erant vel mala grandia ad auri gratiam colorata, sed ad magnitudinem ferme, quae apud nos est citri excrescentia. Uvae ponderis et densitatis immensae, prorsus ut singulis 15
acinis vel improbissimi oris hiatibus non occurses. Granatis etiam malis suam dat gratiam magnitudo; nam grana illis quo glandes impetu, verum ignicantia, sapora tamen; ipsaque mala non minus pepone excrescunt, enimvero potiori; horumque pomorum perdif- 20
ficilis occasio: ita omnia vel pleraque dracones amplexi possident aut errabundi, tum genera lacertorum haud minus ichneumonum magnitudine. Multa praeterea animantium genera innoxiaque, sed enim facie 55.
peregrina, nostris experimentis aliena; et simias facile 25
viseres magnitudinem ursarum nostratium supervectas formasque varias simiarum, quas referre difficile est hominibus non insignientem.

1 calens industriam *scripsi Schleeio viam monstrante;* calles industria *A. P.* 4 septis *P.* septi *A.* sopitis *Kluge.* 6 classico *Mai.* clauso *A.* claso *P.* 11 praefractis *P.* prefectis *A.* Hoc gaudio *Mai.* Hoc gaudium *A. P.* Ob hoc gaudium? 13 summa *A.* 14 his *P.* 15 comitato *P.* 16 munerere *corr. ex* numerare *A.* munerari *P.* 17 bene feceris *P.* 19 mediocre *P.* medicere *A.* 21 petitus *P.* 22 pro iusso *Mr.* pro iussi *P.* pro misit *corr. ex* pro iussit *A.* 23 advenire *A.* adnueret *Schlee.* 24 aveo *Thielmann in Archivio Wölfflini II, p. 175.* habeo *A. P.* 25 faciam *scripsi.* quam *A. P.* sospito *P.* 27 missum *P.* ipse *A.*

33. 5 viabundus *P.* uthabundus *A.* 7 nivale *P.* spetiae *A.* 11 *Quae a verbis* 'Arbores enim *etc.*' *leguntur usque ad* 'conspectu dignentur' p. 142, 9, *om. P.* 16 improbissimi oris *scripsi.* improbis si maioris *A.* implearis, si maioris *Mai.* implearis, si maioris oris *Mr.* occurses *scripsi.* occursas *A.* 18 impetu *Mai.* impetum *A.* 19 sapora tamen *scripsi;* tam sapora *A.* pepone *Mai.* pepones *A.* 20 potiori horumque *A.* potiundi horum *Mai.* 23 haud *Mai.* aut *A.* 27 referre *scripsi.* ei ferre *A.* distinguere *Mai. Mr.*

34. Locorum vero pleraque saxis quidem aspera, sicuti dictum est, sed quae facile praesumeres haberi et incoli posse numinibus. Quippe loca haec domus deorum vocant, et plerumque visuntur in hisce secessibus agere dii res voluptarias. Addebat quippe Candaules et vocatos hominibus respondere et vultu sese, quo sint, regibus confiteri. 'Quare tu quoque, si voles, invitato sacrificiis haec numina; nec erit difficile experimentum, quin te quoque sui conspectu dignentur.' Multa igitur eiuscemodi cum per omne iter vidisset audivissetque Alexander, tandem cum Candaule ad regiam Candaces venit. Quare iam primum fratres eius, *56.* postque et regina mater cum regiae pompae comitatu Candauli obviantes in complexus eius gratulabundi inruere gestiebant. Sed enim praevenit iuvenis nec prius sibi adfectus huiusce obsequia deposcit, quam Antigono gratias super adiuto sese ac liberata coniuge confessi forent. Hunc enim Antigonum internuntium esse regis Alexandri secumque legatum. Tunc quaerentibus gratiae novitatem et iniuriam raptae coniugis et ultionem provisi beneficii refert. Ergo agunt gratias iuvenes et regina laetatur ultione pariter temerati Candaulae et integratae nurus illibata laetitia. Coena denique gratulatoria, ubi id tempus, operosa et regalis adponitur. Et est videre apud illos lasciviam barbarorum, incubare pretiis, inludere pretiis, sed et vesci de pretiis.

35. Insequenti tamen die cum regina Candace XXII. ostentatione regia processisset, superba admodum gem- *57.* mato stemmate et gemmato diademate, statura auctior,

34. 1 pleraque *Mai.* plerasque *A.* 6 vultu sese *scripsi.* vultus esse *A.* vultu quoque se regibus *Mai. Mr.* 10 eiuscemodi *om. P.* 16 eius obsequia *P.* 22 ultione *Mai.* ultionem *A.P.* 24 operosa *A.* opera *P.* 26 barbarum *A.* illudere pretiis *A. om. P.*

35. 28 Candacis *A.* 30 stemate *A.* symmate *P.* statura autior *A.* satura auctior *P.*

aetate veneranda, ut Alexandro recordanti ad Olympiadam matrem eius aestimatio conveniret, dedit prorsus sciri sese et opulentiam suam. Domus vero egregio opere elaborata hisque metallis insignita erat, ut intuentibus splendor ornatus pariter et celsitudo moliminis undique sudo quodam et ignoto lumine coruscaret, nihil in sese dispar aut alienum possidens. Usquequaque lucebant omnia veste serica, colore purpurea, intexta auro, gemmis admixta, quae veste coepta fuerant, et perornata. Gemmarum vero regalium utrum magnitudines mirarere, an vero coloribus ducerere, an fulgoribus vincerere, iudicium prae stupore non erat. Inter aurum sane purpureaque texta vel gemmas ebur multum, sed in ebore viseres artis pretia maiora. Onyx pro saxis et columnae de gemmis et earum proceritudo ubique supra nostrates arbores, sed quae sint procerissimae, fuerat, ebenó tamen plurima interpolante: quod si sit ad caeruli speciem vel colorem laevigatio, tamen plerumque ex ea purpura aliud esse * quam si saxum ebenum mentiebatur.

36. Illic et effigies plurimae tum e marmore *58.* vario tum e metallo cuiuscunque modi renuebant numeri aestimationem, quae omnis curiosi diligentiam vinceret. Adeo multa erant! Quamvis in singulis figmentis fuerit superbior admiratio; currus sane falcatos e porphyrite lapide, sed conliniatissime una cum animantibus et aurigis ad veri faciem videre erat plurimos et passim ubique constitisse, quos et cursum agere opinarere et moveri omnia non discrederes. Ita prae corusco fulgore oculorum officio praeverso labi

1 olympiadam *P.* Olympidem *A.* 7 alienum *Mai.* alius *A.P. videtur verbum post* 'alius' *excidisse:* alius lucis *vel* alius splendoris? 8 este *P.* 11 mirarere *corr. ex* mirare *A.* ducere *A.P.*; *correxi.* 12 vincere *A.* 17 fuerat *Mai.* fuerant *A.P.*

36. 23 numeria *A.* aestimationeque *P.* 30 fulgoris *A.* officia *A.*

erat opiniones intuentium. Ast alii currus quadrigas elephantis iunctis habebant, eosque ebeno, cui concolor bestia veri facilius imaginem retinebat; sed subter erant impressa pedibus elephantorum captivorum corpora subcumbentium aut innexa proboscidibus suspensaque. Quae inter omnia id sane praecipuum regi operis videbatur, quod una de gemma scalptum templum indidemque columnas cerneret interscalptas, obsessum omne vel frequens horrore sacro de daemonum vultibus barbaris, qui plusne formidinis an admirationis darent, haud erat homini discernere. Inter haec et celsa illa atque ad caelum suspicanda palatia interfluere Argyritum flumen et alium Pactolum fluvium mirabatur; sed utrumque alveum auro divitem et prae nimietate auri interfluentis aquae quoque aurigantem colorem; sed eorum litus et margines insertis arboribus convirescunt, quae celsae sint et odorae; cypros denique gentiliter vocant fructu suavi et umbrosis frondibus divites.

37. Haec igitur cuncta cum Alexander intuitus *59.* esset, admiratione quidem debita vincebatur. Agebat in convivio *cum* Candauli sororibus. Enimvero quaesit quam blandius post matrem Candaules, uti Antigonum suum pro merito gratiae regalis muneraretur, quo donatus pro fortuna tantae reginae ad propria protinus remearet. Conprehensum igitur Alexandrum Candace per aulam suam omniaque regiae secreta ac penetralia circumducit, secessus quosdam ei aedium

2 elefantos iunctos *A.* 5 probuscidibus *P.* 7 regii *P.* 9 omne vel *Mr.* omnes vel *A. P.* 10 de deorum *A.* qui *Mai. Mr.* quod *A. P.* 11 aut erat homini discernere *A.* nemini erat discernere *P.*

37. 20 intuitus esset *Mai.* inter.isset *A.* inter esset *P.* 21 quidem *P.* quaedam *A.* quadam *Mai.* 22 cum *add. Mr.* sororis *A.* cum Candaulae fratribus *propos. Mr. ex Graecis.* 23 quam *A.* qua *P.* *verba* 'matrem—pro' *om. P.* 24 marito *P.* 25 donatur *A.* 27 ac *om. P.*

monstrans ex eo lapide, cuius quidem fulgor ignitus est, nam lychnitem etiam vocant. Intuentibus visitur opinio quaedam indidem solis orientis. Triclinium quoque ibidem videt alio de saxi genere, cui cum sint igneae quaedam maculae vel inustiones, — haud secus haec quam si candenti lapide sunt — flammea visitabantur quam si caelitus septem astra discurrere stellasque omni studio et sereno sub tempore caelestem chorum agere mirere. Erat et tectum ad instar integrae domus marmoris pretiosi opere circumforaneo. Namque aedes illa rotarum lapsibus subter adiuta viginti elephantis ad reginae itinera movebatur eo, quod his solita regina quoque militatum pergere praedicatur.

38. Sed enim Alexander ne victus rudi quadam *60.* admiratione videretur, ampla sane, sed pro condicione opulentiae gentilis atque praesentis visa sibi omnia confitetur. Quippe admirabilia videri potuisse tunc mage, si apud Graecos haec forent, apud quos esset elaborandis rebus peregrina materia. At cum sibi tanta metallorum huiuscemodi pretia servirent, segnitiae condemnandos fuisse, si non haberent, quibus uti ex facili licuisset. Et intelligit regina Candace ingenium viri et probat sane, sed in respondendo sic ait: 'Vera mihi dixisti haec, Alexander mi.' Tum audito nomine obstupescens, 'Apage,' inquit, 'o regina, hoc a me nomen, quippe ipse Antigonus vocor, enimvero Alexander nobis rex cluit, cuius ego nunc

1 ex uno lapide *P.* fulgur *A.* 2 lychnitem *Mr.* lignitem *A.* et licnitem *P.* 6 si candenti lapide *scripsi.* ei cadenti lapides *A.* que cadenti lapide *P.* excandentes lapides *Mai. Mr.* visitabantur *P.* visabantur *A.* 7 quam si *A. P.* quasi *Mai.* 11 rotarum *Mr.* portarum *A. P.* aiuta *P.* ut a *A.* 12 itinera *P.* iter A. 13 quod *Schlee.* que *A. P.* pergeret *P.*

38. 17 atque praesentis *om. P.* 19 esset *P.* essent *A.* 21 metallorum *P.* et aliorum *A.* huiusmodi *P.* 25 dixisti *P.* dixisses *A.*

internuntius huc adveni.' Et regina post haec: 'Esto sane,' inquit, 'Antigonus apud ceteros, mihi tamen nunc Alexander rex eris. Neque nesciens id habeo; haud differam probationem.' Et cum dicto adpre- *61.*
hendens in penita perducit olimque provisam imaginem ostendit. 'Agnoscisne,' ait, 'Alexandri illius, quem mentiri non potes, faciem? Sed quidnam intremuisti tam trepide quidve turbaris ex vultu? Non ille tu Persarum potens es? non Indiae dominus? non qui iam orientem omnem trophaeum tuum feceris, Parthis et Medis imperitans? An vero te pudet sine militia vel expeditione in manus feminae devenisse? Quare conice, quaeso, quid te iuvarit tua illa famosa prudentia, cum nunc Candacem tui videris sollertiorem. Quod igitur huc attinet, adrogantiam nimiae prudentiae iam deponito.'

39. Haec illa dicente nec vultu constare Ale- *62.*
xander, quin etiam infrendere dentibus videbatur. Et regina subridens: 'Quid te iuvat,' inquit, 'haec tua tacita indignatio sic saevientem vel, si mavelis, insanientem?' Ad haec ille 'Una mihi — nam sane profitendum est —' ait, 'vel maxima indignatio est, quod mihi gladius meus huc comes non sit.' 'Et cuinam usui,' regina respondit, 'gladium tibi nunc requisisses?' At ille: 'Quod enim in huiuscemodi tempore atque rebus regale admodum munus foret, interfecta te comitem me praemissae morti praestitisse, ne quid sit foedius, quod praeteritas nostras glorias obumbraverit.' 'Accipio,' inquit Candace, 'professionem dignam viro

3 nunc *P.* nomini *A.* 4 aut differam *A.* haud differo *P.* 5 poenita *A.* pervisam *A.* 7 quem *P.* quam *A.* 8 tam trepide *om. P.* Num ille Persarum *P.* 10 orientem omnem *Mai.* orientem omne *A.* Num quid iam in oriente omne *P.* 11 imperans *P.* 14 vides *P.*

39. 19 tua *A.* tui *P.* 23 mihi gladius *bis scriptum in P.* 24 requiris *P.* 27 praestitisse *A.* praestitissem *P.* 29 Accipio *corr. ex* Accipe *A.*

et animo sane regali; sed metum hunc abicias velim, et magnitudinem gratiae tuae beneficiique considerans dignam vicissitudinem spera. Quod enim filio Candauli meo in Bebryciorum ultione praestitisti, id tibi ego in tua salute praestabo; atque apud gentiles barbaros meos fidem veri clam habeo, quippe cum palam sit a caede tui homines natura saeviores haud facile temperaturos, si qui ad fidem venerint, praesertim cum tu etiam Pori sis interfector, cuius filiam scito iunioris mei filii coniugio copulatam. Quare esto Antigonus apud illos, cum mihi soli Alexander habeare.'

40. Et cum hisce dictis egreditur atque ad XXIII.
Candaulem sic ait: 'Fili Candaule, tuque Margie nu- *63.*
rus suavissima, gaudeo admodum, quod in tempore fuit vestro Alexandri regis auxilium repperisse; ceteroqui vobis vidua iam et lugubris hic sederem. Dignum igitur fortuna nostra erit internuntium Alexandri donatum muneribus hinc remitti.' Sed ad haec iunior Candaces filius Charagos nomine: 'Quam vellem,' inquit, 'o mater, nostrae quoque iniuriae meminisse! Neque enim clam te, illum quem opitulatum salutariter dicas fratri meo, mei quoque soceri interfectorem exstitisse. Erit igitur memoriter ac iuste etiam indignantis, si vel in hoc Alexandri internuntio eius ulciscamur iniuriam.' Sed ad haec regina Candace: *64.*
'Neque,' inquit, 'o nate, mihi ad Alexandrum istud

6 fidem velim *P.* 8 si quid ad fidem venerit *P.* 10 filii *om. P.* 11 habere *P.*

40. 12 his *P.* 15 ceteroqui *P.* ceterumque *A.* 19 Charagos *A.* Charogos *P.* Carogarus *vel* Arrogarus *Epit.* 22 mei *A.* ei *P.* 23 *Post verba* 'interfectorem extitisse' *aliquid excidisse, Epitome docet, quae exhibet haec*: Sed ab hac intentione mater eum convertere cupiens dicebat, id minime fieri potuisse, ut tam parvae staturae homunculus orbis totius dominio potiretur. Enimvero internuntium Alexandri illum fuisse asserebat. At ille 'O' inquit, 'saltem in hoc eius satellite sat mihi videbatur ulcisci carissimum nobis Porum.' 23 igitur *A.* mihi *P* 26 Neque, inquit, *A.* Neque enim *P.*

iniuriae facit et perfacile damnum est regibus uno milite caruisse. Tunc legationis ius et foedus perpetuum internuntiorum in nobis claudicare non sinam.' Ad haec Candaules etiam excipit: 'Neque sane ad ista, quae iusta sunt, a nobis quoque aberit Antigono defensatio; neque enim ingenuae conscientiae est, a quo tibi salutem datam tuisque fatearis, eius iniustum exitium prodidisse.' Sed enim fortior iuvenis: 'Numquid ergo mavis, Candaule, super hoc Antigoni praemio bello nos decernere? Utrum enim iustius sit, vide, ultionem suis an vero vicem gratiae praestitisse?' Ibat adolescentior fervor et vis cum impetu animi regalis et ex pari utriusque gliscens indignatio asperabatur metuebatque mater, ecquid aetas illa temere consultaret.

41. Seducto igitur Alexandro: 'Nunc,' inquit, *65.* 'tempus est tuae celebratae prudentiae; reperiendum enim consilii genus, quo filiis causa civilis proelii dilabatur.' Bono animo esse reginam Alexander iubet. Quare reversus ad iuvenes 'Neque me sane,' ait, 'minae istae mortis magnopere terrebunt nec regi meo damnosa satis videbitur ista iactura. Quot enim satellitum milia et quantus animantium numerus hoc regi obsequium meliusque hoc praestare non poterit? Enimvero ego cessi Candaces gratiae vesterque iam fuam, si quidem ita nobis ad fidem sederit, uti ex praedicatione vestri, praesertim hisce liberalitatis indiciis facile Alexandrum ductem huc ad vos sponte pervenire, praesertim adeo immodice habendi cupidum atque opibus inhiantem; qui cum perexiguo comitatu vestrae se fidei commiserit, haud magni faciam, quid

5 abierit *P.* 9 mavis *A.* maius *P.* 12 et vis cum *om. P.* 14 asperabat *P.* ecquid *scripsi.* et quod *A.P.* nequid *Mr.*
41. 18 enim *om. P.* 21 terebunt *A.* 23 aniantium *P.* 24 non poterit *A.P.* non *del. Mai. Mr.* 26 fuam *A.* fiam *P.* 28 facile *A.P.* faciam *Mai. Mr.* ductem *Schlee.* ductum *A.* doctum *P.*

de eius exitio consultetis, modo ut vos gratiae memores remuneraturosque in posterum mihi vos sedulo promittatis.' Sedet sponsio adolescentis et Candace protinus inventi prudentiam demirabatur. Rursusque secreto: 'Utinam, Alexander mi, te quoque velles ad numerum mihi addere filiorum! Quis enim dubitet tunc demum fore Candacem orbis universi reginam, si talis quoque mater filii putaretur? Ego iam credo non te plus ferro vel proeliis quam hac tua tam celebri prudentia gentibus praestitisse. Confirmo igitur tibi rursus eandem illam fidem sponsionis meae neque te, ut res est, noscendum cuipiam profitebor.'

42. Ergo post paucos admodum dies digredienti *66.* dat secretius munera: coronam auream adamantibus coruscantem prorsus ac si regiam, thoracam varium ex unionibus beryllisque, chlamydem etiam purpuream intextamque auro, aliaque praeterea cum testimonio publico, quae ad satellitem pertinerent, iubetque hominem deduci eo et per satrapas vicissimque profectum repedare, quo venerat. Ubi igitur ad id XXIV. loci Alexander venit, quas Candaules ei deorum domus esse confessus est, sperat posse illic sibi cum diis immortalibus verba *fieri;* ex praesentium copia opipare sacrificatus ibidem convivatusque adhibet etiam ex comitibus quam paucissimos. Interea intervenire quasdam formarum effigies videt tenui quidem,

1 exitio *A.* exitu *P.* 2 remuneraturosque *Mai.* remuneratosque *A.* renumeratosque *P.* 3 Sedet *scripsi.* sed et *A.P.* adolescentis *scripsi;* sponsio adolescenti *P.* sponsionem adolescens *A.* 5 secretum *P.* 7 fore Candacem *A.* fere Candace *P.* 8 Ego *A.* Ergo *P.* 9 hac tua tam celebri prudentia *P.* actu etiam celebris prudentiae *A.* 11 fidem *om. P.* 12 te *om. P.* profiteor *P.*
42. 15 auream *om. P.* 16 toraca *P.* 19 pertinerent *A.* facerent *P.* 21 repedare *om. P.* quo *A.P.* unde? 24 diis immortalibus *A.* demonibus *P.* fieri *addidi.* 25 oppipare *P.* opinari *A.* 27 formarem *P. om. A.*

sed corusco sub lumine, ut si conventu nebuloso vera primum occurrentium confundantur, tum etiam circumsistentia tecta undique consplendescere, et cum his una crescit turba formarum et murmur praesentium usurpatur et fit prorsus unum diis hominibusque convivium. Hic animo confusus reverentia *67.* debita Alexander trepidare; quippe intuenti videre iam clarius erat flammas quasdam ex oculis deorum discumbentium promicantes prodique effigies, quas haud dubie divinas esse vel brutissimus sentiat. Unus ergo tandem ex his: 'Have,' inquit, 'Alexander mi.' Tunc cum rex venerationem debitam reddidisset quaesissetque, quis esset, qui se foret hac salutatione dignatus: 'Ego,' inquit, 'Sesonchosis ille sum; sed enim, ut vides, adscitus convivio caelitum ago una cum diis, quod profecto te quoque procul dubio iam manebit.' Ad haec Alexander cum ratum spei istius requisisset, Sesonchosis rursus: 'Iure,' inquit, 'ista tibi sperare convenit, qui inter cetera laboris et gloriae eius quoque urbis auctor exstiteris, quae rebus humanis magnificentia pariter antistet et gloria. Quare abito introrsus, ut summi quoque potentiam numinis coram salutes.'

43. Tum audacior rex ingressus sacri loci penita *68.* maiestatis effigiem videt et fulgore aethereo renitentem, enimvero sedentarium talemque prorsus, qualem apud Rhacotin adoratum a sese summum deum praesidem Sarapim meminisset. Ibi ergo cum augustissimum numen Alexander salutasset agnitionemque confessus esset olim visitati dei, rursus Sesonchosis sic

2 tunc *P.* circumstantia *P.* 4 turba formarum *A.* turbarum *P.* 5 diis *A.* de his *P.* 6 Hic cum animo — trepidaret *A.* 7 videri *A.* 8 deorum *A.* demonum *P.* 13 qui se *A.* quive *P.* 15 ut vides *A.* et vides *P.* celitum *P.* celibatum *A.* diis *A.* his *P.* 19 convenerit *P.* 21 abito *P.* habitus *A.*

43. 24 Tum audacior *Mai.* Tum accior *A.* Cum actior *P.* 25 aetherio *A.* ethereo *P.* 27 Racatin *A. P.* 28 con augustissime nomen *P.* 30 dei *P.* diei *A.*

exorsus: 'Numnam,' inquit, 'tibi, Alexander, mirum est in tam longinquo dei huius praesentiam visam esse? sed idem ubique totus ac praesens est', ait. 'Quod enim caeli ambitus ubique praestiterit homini, id huius quoque numinis vis, *quae* numquam frustra veluti per absentiam requiritur.' Tum Alexander occasionem veri audiendi ratus protinus sciscitatur, quantum sibi ad vitae spatia polliceretur. Sed Sesonchosis 'Et ante iam dictum est,' inquit, 'tibi, nihil homini commodare praescientiam, quam requiris. Quippe viventi de vitae termino ratum dicere nihil aliud est quam longum maerorem ei et perpetem contulisse; spem vero vivendi perinde fieri longissimam, si praesentibus perfruare. Quod ergo tuum est ac beatitudini tuae proficit, urbs tellusque, quam delegisti, erit orbis inlustrior, eoque tibi nunc et in posterum una erit omnium veneratio; deus denique praesidebit. His etiam laeteris, si hominem demutaveris.' Post hoc responsum et sacrum Alexander haud difficile ad exercitum venit Candaces corona et insignibus comptus.

44. Eximque ad Amazonas ire festinat, ad XXV. quas praemittit litteras in hunc modum scriptas: *69.* 'Victorias nostras et in Darium bella eximque in alios, *in* quoscumque militavimus, glorias haud dubito vobis famae ipsius magnificentiam commendasse. Nam et Pori fortunam et iter nostrum in Oxydracontas ac Bragmanas digne taceri non arbitror; in hoc nomina

1 Numnam *A.* non *P.* 2 dei huius *A.* numinis huius *P.* 3 *Verba* 'sed idem — 6 requiritur' *om. P.* 5 quae *addid. Mai; sed locus nondum sanatus est.* 6 occasionem veri audiendi ratus *om. P.* 9 dictum fuit est *A.* dicit. est *P.* 10 praescientiae *A.* 11 de vitae termino *A.* debitum terminum *P.* 14 si *P.* se *A.* 15 orbis tellusque *P.* 16 orbis *Mai.* urbis *A.* nobis *P.* 18 laeteris *A.* litteres *P.* homine *A.*

44. 25 in *addidi.* 26 magnificentia *P.* 27 iter *A.* inter *P.* Osyndracontas *A.* symdracontas et dracmadas *P.* 28 digna *P.* nomina *scripsi.* nomine *A. P.*

gymnosophistarum etiam per clementiam laudatiora, quippe quos siverim agere in pace ac suis legibus moribusque donaverim. Quod si vobis haud displicet, accipite nos isto venientes et, quod est amicitiae munus, diis sacrificate pro nobis iam, quippe vobis aderimus. At vos velim obviare nobis animo gratante, cum ad amicitiam iter istud, non ad periculum sit futurum.' Ad haec Amazones respondere: *70.*

45. 'Vel fiduciae munus est vel libertatis, omnia tibi, rex, scribere, quae penes nos sint, non quod fidem scriptis deroget ulla suspicio, sed ut plenius noscas, ecquid operis pretii sit his, quicunque hostili fervore in nos cupiant militare. Commune quippe humanitatis studium esse arbitramur, in quaeque dubia ausuros nihil prius quam emolumentum laboris intueri oportere. Scito igitur primum colere nos interamnanum, Amazonico flumine locum omnem, quo consistimus, ambiente, eo fluenti circiter spatio, ut una sit aditicula, eaque vix adcolis nota, qua septum fluminis vel inrumpi oporteat vel emergi, eiusque alvei tanta est difficultas, quanta nos a quibusvis periculis tueatur. Hoc igitur tantillo in loco ducenta milia virginum *71.* coimus, nullo omnino mari sexu interpolatae. Enimvero sicubi nobis ad naturam est consulendum, annuum sacrum est, quod hippophonia vocitamus. Eius sacri causa ad mares nostros, qui ultra amnem extrinsecus perpalantur, omnes ferme transimus atque illic

1 laudatior *Mai*^{2}. 2 agere in pace *P.* mage cum pace *A.* 4 nos *A.* vos *P.* 6 nobis *A.* vobis *P.*

45. 10 pene *A.* 12 operi *A.* 15 emolumentum *A.* emulentum *P.* 17 Amazonico *Mr.* a machonico *A.P.* 18 ambientem *corr. ex* ambiente *A.* spatioque ut *P.* spatio quae ut *A.* 19 qua *A.* que *P.* septum *scripsi;* septem *A.P.* vim (= $\overline{\text{VI}}$) *Keil.* fluminis *corr. in* flumina *A.* 20 vel inrumpi *A.* inrumpi *P.* 23 maris (*corr. ex* mari) sexu interpolato *A.* maris sexus interpolate *P.* 25 hippophonia *Mr.* ippofama *A.P.* 26 ultro *A.* 27 perpelantur *A.*

per dies triginta inter haec, quae diis aguntur, ubi fuerit ad lubentiam, nubimus. Nuptias vero cum maribus derelinquimus pactis et legibus, ut quaeque exim ad sexum hunc editae fuant, eaedem post septennium in exercitum dimittantur. Sed ubi venerint, eruditiuntur equis et peltis, donec armis idoneae fuerint. Igitur nobis quocumque militandum, et viginti milibus *72.* nostrum domi et in patria praetendentibus et ceteris arma sumuntur; redeuntibusque mos est honorem pro vulneribus numerari. Ea nobis stipendia sunt, haec provectio; tantumque quis nostrum honore dives est, quantum cicatricibus insignitior. Quippe et corona aurea redimitae salutamur atque adoramur a ceteris et publicis conviviis adhibemur et cuncta, quae sint nobis ad obsequium, deferuntur. Quod si in bello mortem, quam voti erit, nobilis virgo strenue oppetet, et functae divini honores adhibentur et adfinitati functarum largae pecuniae honoresque numerantur. Ceteroqui nobis aurum non est neque argentum, nisi quod sit in insignibus militaribus. Haec illa sunt, in *73.* quibus impenduntur nostra discrimina, et in quae omnia periclitandum est, quicumque Amazonas bello deposcent. Cuius eventum non satis arbitramur utrique de pari. Quippe ubi Amazonibus suis auctor generis nostri Mars faverit, mares a feminis caesi victique maiore cum dedecore oppetent vel dilabentur. Ubi vero cum maribus steterit belli fortuna, pudenda res est, si quid hic sexus superatis feminis glorietur. Haec tibi igitur, rex, responsa de nobis sunt, quarum si fiduciam probas, obsequium etiam non aspernabere, siquidem te

1 inter ex *superscr.* vel haec *A.* inter ex *P.* 3 pactis et legis *A.* 4 fuant *A.* fiant *P.* eadem *A.* 17 functe *P.* functi *A.* divini *scripsi.* divinae *P. om. A.* 18 functarum *scripsi.* functorum *A.P.* 19 Ceteroqui *scripsi.* Ceterumque *A.P.* neque aurum est *P.* nisi si quid sit *P.* 22 quaecunque *A.* 23 cuius *Mai.* cuiusque *A.P.* 24 auctor *P.* actor *A.* 25 caesi *P.* caeci *A.* 30 aspernarere *P.*

coronamus corona aurea annua, quae sit ponderis, quanto tu iusseris. Super his, quod mavelis, scribito; nos enim, si secus sederit, praeter amnem in acie deprehendes.'

46. Hisce rex lectis delectatus admodum sic XXVI. respondit: 'Qui terrae ambitum diligentius mensi sunt, *74.* huius mundi magnitudinem universi trifariam divisere easque partes Asiam vel Europam vel etiam Libyam nominavere. In hisce igitur partibus universis trophaea quoque nostra consistunt, et est pudendum, si in quibus nulla omnium obstiterit difficultas, a cognitione vestri veluti sub metus infamia declinemus. Quare vestrae sit facultatis; si quid de bello consultetis. Ceteroqui obsequium atque amicitiam diligentibus vicissitudo nostri non displicebit. Neque vero resistentibus exitium gentis et patriae neque cedentibus amica humanitas differetur. Progressae igitur, utra sub lege *75.* vultis, praeter amnem ad nos venite omnemque multitudinem vestram illic in ordines ponite. Quod ubi fuerit ex forma huiusce praecepti, ego vobis Ammona patrem meum atque Iunonem, Minervam etiam victricem iuro, nihil amplius a vobis exactu iri, quam si quid pro viribus offeratis. Mittite sane ad commilitium mihi strenuas quasque equites, quantas vultis, quibus singulis remuneratio erit minae auri quinque praeter cetera, quae ad hanc magnificentiam congruent. Enimvero istae, quas miseritis, ubi annuum nobis obsequium emensae sint, in propria remittentur, uti pro hisce vi-

1 sit *om. P.* 2 Superque *P.* 3 praeter amnem in acie *A.* praeterit amne minatione *P.*
46. 5 His *P.* 7 huius mundi *Volkm. ex cod. Ox.* eiusmodi *A. P.* diviserunt *A.* 8 partis *A.* 9 his *P.* 10 in quibus *A. P.* in *del. Mr.* 12 declinemur *A.* 13 faculutatis *P.* consulitetis *A.* 14 Ceteroqui (qui *erasum*) *A.* ceteros qui, *corr. ex* ceteris qui *P.* 16 exitum *P.* amici *P.* 17 utra *scripsi.* ultra *A. P.* 20 huius *P.* 22 exactu iri *P.* exacturi *A.* 23 commilitum *P.* 24 a quibus singulis *A.* 26 quae *om. P.* congruentem *P.* 27 vobis *A.* 28 remittuntur *A.* his *P.*

carias destinetis. Super his igitur, ut vobis commodum est, consultate.' Igitur Amazones motae rescribunt: Et dare se regi veniendi, quam cupiat, facultatem inspiciendique terras suas, et coronare se eum annuis talentis sex; quingentas etiam equites destinasse armatas et strenuas, ut poposcerit, quae per annos scilicet permutentur. Quod si qua ex hisce ad sexum suum cesserit, eam se petere ibidem desidere inque eius locum supplementum de gente postulari. Quippe Amazonibus certum esse parere viro absenti, cui cessisse omnium hominum genera didicissent. *76.*

47. His acceptis Alexander iter in Prasiacam inde pervertit, quae quidem eius militi peregrinatio laboris admodum et plurimi periculi fuit. Nam aestatis ferme iam medio repentini imbres fluxere adeo vehementes atque continui, uti non solum vis animantium deperiret et, quaecumque usui sunt ad militiam, putrefierent, verum ipsis etiam per indigentiam calciamentorum pedum plurima pernicies inferretur, quippe ubi nudo vestigio per loca aspera humidaque perpeti labore traherentur. Neque vero id sub isdem imbribus adeo molestum, quam redeuntibus in naturam temporis solibus fuit, quamvis intemperie illa et tonitruum plurimum et iactus fulminum crebros experti essent. Nam et voces incertas resonantes audierant et portentuosa plurima eiuscemodi experti erant. Ubi vero iam ad Prasiacam adventabant Hypanimque flumen, quod dispescit huiusmodi conlimitia, *77.* *78.*

1 ut *om. P.* 4 se eum *P.* secum *A.* 6 strenues *A.* poposcerat *A.* 7 si qua *Mr.* si que *P.* si quis *A.* his *P.* 8 patere *A.*
47. *In cod. P. hic interponitur locus Iosephi (Ant. Iud. XI, 5, 5—8, 6 extr.), deinde excerptum ex Orosii libro tertio.* 12 His acceptis *A.* Post haec *P.* 13 praevertit *P.* militi *P.* multa *corr. ex* multi *A.* 14 laboris *scripsi.* labori *A. P.* 16 uti *om. P.* 23 temporibus *P.* intemperies ille *P.* 25 resonentis *P.* 27 ypanimque *P.* Tympanimque *A.* *Πρύτανιν Graec.* 28 dispescit *P.* dispertit *A.*

transierant, comperit ibidem super magnitudine eius gentis ac regis potentia, qui Prasiacae potiretur. Quippe ista Prasiaca propter oceanum sita, quo de reliqua hominum turba semotior, hoc ad multitudinem quoque largius vivit. Addebat tamen fama tot elephantorum etiam milia esse regi, quot apud alios plerumque super hominibus mentiatur. His igitur compertis Alexander limitem huiuscemodi loci sensim legens civitates eius invadere ac dicioni suae vendicare non negligit et sacrificia diis immortalibus facit.

48. Quae cum maxime persequeretur, ab Aristo- *79.*
tele epistolam sumit scriptam in hunc modum. ‘Per mihi difficile est eligere vel laudare, Alexander mi, ex hisce omnibus aliquid, quae te in ista militia gessisse cognovi, eamque mihi esse sententiam Iovem testem facio Neptunumque. Quare diis primum immortalibus deabusque ago gratias competentes, quod emenso tibi hasce periculi difficultates gratulationem potius quam solatium scribo, quippe quem sciam non bellorum modo discrimina evasisse, verum temporum quoque et caeli difficultatibus non cessisse. Ex quibus colligere admodum facile est, ambigendum, utrumne te prudentiae viribus an tolerantiae fortitudinisque magis praedicem. Certe illud tibi iam Homericum adest, quod illic sapientissimus gloriatur:

Multigenasque urbes hominum moresque notavi.

Quis enim praedicationis finis istud capit, triginta ferme vix annos emensum te orientis omnis occidentisque dominari? Bactra te vidit, Aethiopia salutavit, Scythae tremuerunt, quodque uno ille versu percucurrit,

Quique novum cernunt Hyperiona, quique cadentem.

Neque enim quemquam non aut caesum audivimus aut supplicantem.’ Haec quidem Aristoteles.

49. At vero Alexander collecto exercitu iter ad *80.*
Babyloniam convertit, in qua susceptus honoratissime et sacrificia diis immortalibus repraesentat et certamen gymnasticum concelebrat. Atque inde iam pacificum iter coeptans hisce litteris ad Olympiadam matrem suam scribit. ‘Super his quidem, quas in principiis egerimus ad Asiam usque expeditiones, omnia tibi nota sunt, mater mi. Aequum tamen fuit et de insequentibus te facere certiorem. Profectus ergo a *81.*
Babylone una cum his, quos magis strenuos in exercitu habebam, quae quidem collecta sunt centum milia, in ulteriora regionum animum intendi pervenique usque ad Herculis stelas non minus itinere dierum ferme nonaginta quinque, fama de Hercule sic loquente, quod hasce metas peregrinationis suae fixerit deus ille, qui et duas stelas, id est titulos sui quosdam ibidem dereliquit, quorum unus ex auro, alter vero argenteus habebatur. Sed enim altitudo eorum est titulorum cubitis ferme quindecim, crassitudo vero in cubitis duobus. Hanc molem metalli quoniam non facile erat credere solido auro esse, periculum eius rei facere non omisi. Quare moratus ibidem diebus aliquantis reficiendo scilicet militi sacrificatusque deo Herculi titulum illum aureum, qua potui, rimatus sum

1 magnitudinem *P.* 3 Quippe dum *P.* situm quod *P.* 8 eiusmodi *P.* 9 civitatis *A.* ditioni suae *A.* dedicationis eius *P.* 10 *Verba* ‘et sacrificia — 11 persequeretur’ *om. P.* **48.** 14 his *P.* 15 esse *om. P.* 18 has *P.* 20 discrimen *P.* 22 colligere *A.* colligere possumus *P.* 23 fortitudinisque *Mai.* fortitudinis *A. P.* 24 tam Homericum *A.* 26 notavi *corr. ex* notari *A.* notari *P.*

49. 9 gymnasticum *Mai.* gymnasicum *A.* gymnasiumque *P.* 10 iter *A.* inter *P.* his *P.* 11 super has *A.* quas *Mai.* quae *A. P.* 13 nota sint *A.* 14 ergo a Babylone *P.* quippe ad Babylonem *A.* 18 stelas *Mai.* stellas *A. P.* itinere *P.* iterum *A.* 19 quos has scematas *P.* 21 reliquit *P.* 23 habeatur *A.* 25 mollem *P.* 26 solidi auro *A.* huius rei *P.* 28 militi *Mr.* milite *P.* militae *A.*

foramine per omnem crassitudinem elaborato, neque claudicare fidem crassitudinis eius inveni. Sed cum cavernam illam replere religiosum mihi videretur, ad supplementum eius quingentis auri talentis opus fuit.

50. Hinc ergo per deserta redeuntes multa prae- *82*
ruptā eiusmodi incidimus loca, quae obsessa crassioribus nubibus nebulosisve omnem omnino adspectum homini sustulerant ac diei. Septem denique dierum itinere per has tenebras exanclato tandem Thermodonti supervenimus flumini haud cuiquam secundo ex magnitudine, sed enim per plana et opipara loca magno agmine pervaganti. Propter hunc Thermodonta genus Amazonum colit, mulieres magnitudine corporis pariter ac pulchritudine cetera hominum genera supervectae, amictae vero, ut in picturis est visere unimammas, et omnis hisce ferme amictus est arma vel ferrum. Igitur cum haud procul his ageremus, ipsarum quidem potiri haud facile erat, utrumque nostrum a congressu magnitudine fluminis dispescente. Sed praeter illius agmen bestiae quoque nonnullae asperitatesque impedimento erant. At enim comperto illae, quod ceterae quoque Amazones de nostra amicitia coeptassent, ipsae etiam periculi causam donis a nobis et obsequiis redemerunt.

51. Itemque indidem ad Rubrum mare veni- XXVIII.
mus, quorum locorum dextra quidem perasperis inviis- *83.*
que montibus recta est, laeva vero mari Rubro latius fusa. Illic tamen factis Neptuno sacris immolatisque

1 elaboratio *A.* 3 replere *A.* repelle *P.*
50. 5 redeuntis multaque *P.* 6 incidimus *om. P.* 7 omnem *om. P.* 8 hominis *Mai. Mr.* diei *om. P.* 9 therindonti *A.* termodonti *P.* 11 oppipara *P.* 12 pervaganti *Mai.* pervagante *A. P.* termodonta *A.* 16 *post* 'omnis' *in margine suppletur* exercitatio *P.* his *P.* amictus *om. P.* 17 procul cum his *P.* 19 dispescente *P.* dispertiente *A.* 20 praeterque *A. P.*
51. 25 rubum *P.* 26 per asperos inviosque montes *P.* 27 laeva ergo *P.* 28 *Verba* 'Illic — 159, 2 repedamus' *om. P.*

equis ritu praesenti die secuta alio, quam veneramus, itinere repedamus; fuitque operae pretium illas quoque nosse regiones. Multa enim hominum genera et invisitata sunt nobis cognita, quorum vel maxime nobis admirationi fuit videntibus homines absque capitibus corporatos. Namque his hominibus oculi pectoribus inhaerentes, atque os omne ceteraque oris in *illa* parte corporis situm plurimum mirabamur. Illic et Troglodytas offendimus, qui subter terram domiciliis scalptis ac fossis ad serpentium instar secessus sibi et habitacula laboravere. Quod ergo exim eminus visere esset tellurem quandam sitam velut in medio mari, aestimato longius quam unius diei navigatione separatam, eo navigatione contendimus. Repperimus in illa insula civitatem, quae Solis esse diceretur, ambitus spatio non minus sexaginta stadiis circumscriptam. Sed enim e medio civitatis constructo quodam et congesto in loco currus aureus visebatur una scilicet equis atque insessore aureo laboratus. Is omnis labor de auri materia et smaragdi fuit. Mira tamen opificinae maiestas nec ulli in orbe terrarum operi facile contendenda. Enimvero isti regioni cum adesset sacerdos Aethiops, eo praeeunte Soli religiosius operatus sum.

52. Ac sic revertentes locorumne an temporis *84.*
tenebras profundas offendimus. Unde cum ratio ipsa suasisset ibidem mansitare et reficiendis nostris et

3 enim *om. P.* 6 Namque *etc. A.* Neque his hominibus oculi nisi peccoribus (nisi *additum ab altera manu*) *P.* 7 illa *addidi. in margine cod. P. adscriptum:* Cenophali scilicet caninis rictibus homines vultuati. Alii absque capitibus oris omnem usum pectoribus praeferentes oculos auresque et quicquid hominem integrat. 9 trogodytas *A.* rogoditas *P.* super terram *P.* 10 secessus *scripsi.* successus *A. P.* 12 et tellurem *P.* 14 separatam *Mai.* separata *A. P.* 16 stadiis *om. P.* 19 His omnis *A. P.* 20 smaragdis *P.* 22 *quae inde a* 'contendenda' *leguntur usque ad* 'Tanaim usque' 160, 7 *om. P.* 23 praeeunte *Mai.* praeeuntes *A.*

rursus sacrificiis persolvendis deo Soli, quod nullum omnino ignem, ex quo luminis foret copia, inveniremus, abscedere indidem confirmavimus. Tum vero divinum quoddam auxilium demorantibus praevenientes nobis quasdam effigies numinum cernere fuit cum luminibus lampadarum, quas a materia argenti eminus aestimabamus, atque ita victi ductique Tanaim usque fluvium supervenimus. Is Tanais e septemtrionis partibus in Caspium mare profluens Asiam fertur Europamque discernere. Laeva igitur eius itinere permenso ad Xerxis regna pervenimus, quae post habita Cyri sunt ac nominata, ibique multa opum regiarum ac divitias offendimus. Nam et aedem quandam ad speciem *85.* Graeci operis illic magnificentissimam viseres inque ea aede etiam responsa dare memoratum regem sciscitantibus celebrant. Et situm ibidem in templo viseres varium opus, tropheum aureum dependens aedificii de culmine, adhaerebatque illi tropheo orbis quidam ad modum vertiginis caelitis, superque orbem simulacrum columbae sessitabat, quod ubi responsa rex diceret, humanis vocibus sciscitanti loqui ferretur. Id tropheum cum auferre indidem mihi cupiditas foret, uti ad vos et ad nostram Graeciam mitteretur, idem qui aderant, contenderunt rem sacram esse neque contemnendo periculo invadari a quopiam posse. Multa igitur alia quoque, quae miraremur, offendimus, inter quae cratera etiam argenteum capacitatis ad amphoras usque trecentas et sexaginta. Eius capacitatis est

52. 4 demorantibus *A.* desiderantibus? 6 eminis *corr. ex* eminus *A.* 7 victi ductique *A.* iuti ductique? Hinc egressi Tanaim usque *post lacunam incipit P.* 8 'Is Tanais—10 discernere' *om. P.* 12 agnominata *P.* 14 visere *P.* 17 varium opus *om. P.* stropeum *A.* *ὀρτυγοτροφεῖον Graec.* 18 'adhaerebatque' *usque ad* 21 'ferretur' *om. P.* 22 stropeo *A.* Id stropeum *A.* in tropheum *P.* 25 invadari a quopiam *A.* in audatia quo piam *P.* involari *Schlee.* 27 argentea *P.*

mensuratio comperta nobis hoc modo: dies sacer cum... convivium etiam celebre exhibebat, ad quod convivium tot amphoris repletum esse vas constat. Enimvero vas istud inscalptum erat atque caelatum navalibus proeliis, quae Xerxes apud Peloponnesum militaverat.

53. Erat inter illa caelamina et sella regalis *86.* scalpta insertaque operi ex auro, stellata lapidibus et ex pretio insignis. Impendebat autem etiam sellam istam vertigo quaedam ad modum mundi figurata, quam ipsam quoque responsa sub praesentiam regii spiritus dare omnes pariter adserebant. Propter vero eam est sita lyrae facies ex arte eiusmodi, ut nihil demutet ab ea lyra, quae sit canora; sic ista etiam ad canendum uti solent; nam et sponte plerumque spiritu tactam canere hanc lyram noverant. Et iuxtim viseres veluti thecam poculorum sedecim cubitis erectam, supraque eam thecam congestam effigiem altitudinis per cubita octoginta una cum gradibus octoginta. Ibi demum et fons fictus est, et aquila aurea supersistebat adeo effigiata daedale, ut pansis alis omnem illius operis ambitum tegeret. Namque et arbores scalptae et myrti quaedam ramosae ibidem notabantur, omnes istae de auro. Multa praeterea illic fuere, quae quoniam neque abundantiae suae neque magnitudinis pretiive facile offenderint fidem, censeo praetermittenda. Nunc vale.'

54. His scriptis cum a Babylonia iret Alexan- XXX. der, mirum portentum atque evidens ad exitum fuit. *87.* Nuntiata quippe est mulier foetum eiusmodi peperisse,

1 die sacri *A.* *post* 'cum' *aliquid excidisse videtur:* certaminibus? *vel* ageretur? 2 celebre *corr. ex* celebrare *A.* 5 peloponensum *A. P.*

53. 14 ut ab ea lyra *A.* quae si canora: sic istam etiam spiritu tactam canere *P.* 15 solent *Mai.* solet *A.* 16 spiritui actam *A.* 17 viseres *A.* vires *P.* 17 populorum *P.* 20 aquila *A.* aliqua *P.*

54. 28 a Babylonio iam ret *P.* Babyloniam iret *Mr.* 29 mirum et portentum *A.* exitium *A.* 30 fetum *P.* factum *A.*

cuius prioris corporis pars pube tenus ad hominem congruebat, enimvero quae insecuta corporis, erant omnia beluina, prorsusque qualem Scyllam homines fabulantur, nisi hoc uno deverterat: non enim caninis capitibus lupinisve, enim leoninis atque pardorum, suum etiam vel ursorum omnem inguinis ambitum texerat, spirantibus etiam bestiis, sed pars superna humanaque emortua iam et colore atro cum desitu spiritus visebatur. Id monstri ubi mulier, quae foeta fuerat, enixa est, statim ipsa invectum ad regem detulit Alexandroque habere mirum, quod ostenderet, praeiudicavit. Igitur ingressus, qui regi miraculum nuntiaret, offendit eum in cubiculo meridiano somno tunc deditum. Sed ad strepitum inrumpentis cum expergitus foret audissetque causam, mulierem induci iubet. Ingressa igitur statim facessere universos e praesenti mulier edicit, ipsa vero revelat nudatque, quod vexerat, profiteturque se peperisse.

55. Ergo ad miraculum visionis eiusmodi iubet *88.* statim Alexander prodigiorum interpretes convenire ac profiteri, ecquid eiusmodi novitas minaretur, interminaturque quam sancte, nisi ex fide dixerint. Unus igitur e praesentibus magno cum gemitu regi separato, 'Eheu,' inquit, 'malorum omnium, eheu, mi rex! non enim iam bonis neque inter vivos homines ultra nominabere.' Sed cur ista sentiret interpres, cum rex diligentius quaereret, haec addit: 'O quid enim,' in-

3 omnia beluina *etc. superscript. in P.:* id est ursi. pardi. lupi. leones. canes. sues. 5 capitibus *A.* rictibus *P.* 6 omne inguinis *A.* 7 etiam *om. A.* sed *P.* etiamsi *A.* 8 iam *P.* etiam *A.* 9 foeta *om. P.* 10 ipsa *P.* his has *A.* 11 habere *om. P.* 12 praeiudiavit *P.* qui *P.* quae *A.* 13 cubiculum *P.* somno *om. P.* 14 irrumpentes *A.* 16 se praesenti *P.* 18 vexerat *P.* vixerat *A.*

55. 21 et quid *A.* quid *P.* miraretur *P.* 23 e praesentibus *A.* praesentibus *P.* 25 iam bonis *A.* tam bonus *P.* neque *fortasse delendum.* 26 nominavere *P.* 27 quid *om. P.* quidquid *Schlee.*

quit, 'o vir summe, quidquid ex homine foetus hic habet, ad te pertinet, quod vero est subter atque beluile, quicumque tibi subditi sunt et subiecti. Si igitur ea pars, quae superna est, viveret et motaretur, sicuti haec, quae infra sunt, faciunt, tu sane obtineres ac dominarere cunctorum. Sed quoniam secus est, in contrarium intelligendum, nisi quod hi quoque ipsi dissidebunt neque congruent; vides enim dispares formas neque inter se amicas ac prorsus beluile saevientes. Atque hi quidem inter se omnes te oppetente dissentient dimicabuntque.' His dictis interpres exierat aversurus scilicet, si qua posset, et exusturus religiosius portenti illius minas. Alexander vero animo consternatus cum gemitu sic ait: 'Pro bone Iupiter, quam bona res est ignoratio metuendorum!' Sed hactenus illa animi commotio fuit. Ceteroqui viriliter et decore omnem exspectatae mortis impetum opperiebatur, quippe qui praeter cetera eo quoque se solaretur, quod divinis honoribus haud procul foret.

56. Ergo occasio illi moriendi talis fuit. XXXI. Mater eius ad eum scripserat super Antipatri et Di- *89.* vinopatris simultatibus petebatque, ut ob id ipsum ad Epirum ire contenderet. Sed enim Alexander cum id virorum iurg*ium in suum iudic*ium deduci vellet, statuit Antipatrum ad sese venire ex Macedonia alio in locum eius substituto. Quod ubi factum est, venenum Antipater elaborat curiosum admodum efficaxque idque per ministrum regi dari in convivio exegit

2 subter *Mai.* super atque beluine *P.* super atque veluile *A.* 4 motaretur *P.* moveretur *A.* 5 tu *om. P.* 11 dissentirent *P.* exierat *P.* ierat *A.* 12 et *om. P.* 16 ceteroqui *Mai.* ceteraque *A.P.* 17 decorem omnem exspectante *P.* 18 Quippe quae praeter *A.* quippe qui per praeter *P.* 19 solaretur *Mai.* solatur *A.P.*

56. 20 illi *om. A.* 21 *de nomine* 'Divinopatris' *cf. Zacheri Pseudo-Callisth. p. 11 sq.* 22 Petebat uti ob ipsum *P.* 24 in suum iudicium *addidi.* 25 alia *A.* 27 laborat *A.*

poto. Igitur rex mox lectulo datur ac diebus compluscu-
lis cum illa pernicie conluctatus tandem cau-
sam eiusdem periculi esse ab Antipatro cognovit.
Id insecuta est quaedam veluti indignationis caelitis 90.
ostentatio. Nebula quippe admodum crassa foedaque
interfusa omni aëri sudo die cuncta in tenebras ver-
terat. Tum repente e nubibus draconis effigies igni-
tissima caelitus labitur mare usque unaque cum illo
praestantis aquilae species volabat. Quod ubi factum
est, Iovis quoque Babylonii simulacrum motari coepit.
Et hisce factis rursus draco una cum aquila sua ad
caeli convexa remeavit, aquila sane vehens stellae
cuiusdam fulgidum globum. Quod ubi homines visi-
tavere, veluti praenuntiante divinitate, quod gerebatur,
Alexander quoque spiritu protinus vacuatur ac mori-
tur. Persis tamen multa contentio erat cupientibus
regem in regno Persico sepelire proque deo Mithra
religionibus consecrare. Enimvero Macedones ad Ma-
cedoniam corpus indidem ferri et solo patrio sepul-
chrisque maiorum inferendum putant. Tum Ptolomaeus,
quod enim sciret apud Babylona Iovis oraculum esse
veridicum, in eius dei sententiam differt, perinde uti
iusserit, consulturus. Deusque interrogatus sic ait:

Accipe, quae regis sedes cultusque dicetur.
Urbs colitur Nili propter umbrosa fluenta,
Aequoris in gremio, cereali dives anona,
Nomine Amazonidos quae dicitur inclyta Memphis.
Hic sibi templa dari sacrata sede recepto
Iussit cornigero genitus sub honore Lyaei.

4 veluti *om. A.* 5 quippe *A.* quoque *P.* crassadoque interfua *P.* 6 omni aere *P.* omnia aeri *A.* 9 praestantis *Mai. Mr.* praestare *A. P.* praeclarae? 10 motari *P.* nutare *corr. ex* natare *A.* 11 his *P.* 13 fulgi *P.* 17 proque deo Mithra relig. cons. *om. P.* 18 religionibus *Mai.* regionibus *A.* 21 babiloniam *P.* 22 in *om. A.* 23 iusserit *P.* ius erat *A.* Numenque interrogatum *P.* 24 Accipe qui *A.* 26 anona *A.* in nona *P.* 27 Amazonides *P.* Amazodinos *A.* Memphis *Mr.* mensis *A. P.* 29 Lyei *A.* liaci *P.*

57. Dato igitur hoc responso nullus omnium XXXII.
refragatus est, quin ita fieret, ut deus iusserat. Igitur 91.
in Aegyptum corpus Alexandri ferebatur feretro qui-
dem regaliter exornato, tumultuario vero conditorio
e plumbi materia, quoque esset unguinibus atque
pigmentis, quae servandis corporibus sunt, tutius per-
manere. Vectus igitur pompa vehiculoque regali *ubi*
ad Pelusium advehi nuntiatus est, omnes eiusce re-
gionis proceres ac sacerdotes una cum diis ac reli-
gionibus suis obviam processere, iuniorem Sesonchosim
venerati. Vulcani quoque eum appellatione salutabant,
quod hunc prae ceteros deum illa pars arbitraretur
orientis. Enimvero exim ex sententia numinum XXXIII.
prophetes docet non apud Memphim sacrum corpus, 92.
verum Alexandriam pervehi oportere, quod illi loco
et auctor conditus fuerit et tutela vel maxima per-
petuo futura nosceretur. Perinde enim inexpugnabilem
locum illum praesagiis nosci, ut ipse quoque indefes-
sae virtutis est habitus. Erigitur ergo aedes quam
maximo opere ad instar templi, quod etiam nunc Ale-
xandri nominatur. Quo ubi primum consecratas XXXIV.
reliquias intulere, visum Ptolomaeo est testamentum
quoque, quod scripserat moriens, publice recitari, id-
que lectum est ferme ad hanc sententiam scriptum:

58. 'Alexander, rex Macedonum, dicit. Primum 93.
mando iubeoque Arrhidaeum, Philippi filium, interim

57. 1 hoc *om. A.* 2 deus *A.* numen *P.* 3 *a* 'feretro' *usque ad* 13 'arbitraretur orientis' *om. P.* 6 tutius *Mai.* totius *A.* 7 Vectus *A.* Ut *Mai.* ubi *addidi.* 9 religionibus *Mai.* regionibus *A.* 11 venerati *Mai.* venerat *A.* eum *Schlee.* est *A.* 12 ceteros *A.* ceteris *Mai.* 13 sed ex sententia numinum prophetes docet, apud alexandriam corpus pervehi oportere *P.* 16 *Verba* 'et tutela—19 est habitus' *om. P.* 21 *Verba* 'quo ubi—intulere' *om. P., qui ita pergit:* visum est etiam tholomeo. 23 quoque *om. P.*

58. 25 macedonem *P.* 26 iubeo *P.* Arrhidaeum *Mai.* Aristeum *A. P.*

regni mei fieri successorem. Sed enim si fuerit mihi filius e Roxane, huic nomen et regnum nostrum pariter concedendum. Quod si e Roxane puella edetur, sit Macedonum optio, quemnam sibi regem ipsi substituant. Optatus porro constitutusque rex Argiadum regiam veteremque principatum servare debebit. Hisce Macedones consueta dependent. Olympiadi autem, matri meae, si ita volet, licebit Rhodi degere vel in eo, quem malebit loco, accipienti cuncta haec, quae me superstite consequebatur. Praefectum autem Macedoniae Craterum fieri mando eique Philippi filiam coniugari. Philonam etiam iubeo satrapiae praeesse Hellesponticae universae uxoremque ei fieri Olciae sororem. Cappadociam quoque vel Paphlagoniam Eumeni regendam permitti placet. Eos vero, qui in insulis sunt, liberos suique iuris esse praecipio. Antigonus Cariae praesit, Casanderque Boeotiae, eisque omnibus praeesse Antipatrum oportebit. Uton Syriae rector esto. Babyloniae vero et adiacentium regionum praeficio Seleucum. Phoenicen ac Syriam Coelen Meleagro regendam permitti decrevi, Aegyptum Perdiccae, Libyam Ptolomaeo, cui etiam Cleopatram coniugari oportebit, sororem meam. Regionum porro, quae supra Babyloniam sunt, curam Phanocrati permitti praecepi eique uxorem Roxanen Bactrianam dari. *94.*

59. His igitur omnibus mando repositorium corpori meo fieri auri magnorum talentorum sex. Quisque autem Macedonum Thessalorumve provectior sit aetate atque ad solum genitale voluerit ire, his fieri *95.*

2 regnum meum *P.* 3 edetur *P.* detur *A.* 6 regiam veteremque *Mr.* regiam *om. A.* veterem *A.P.* His *P.* 7 dependant *P.* 9 malebit *A.* malevit *P.* mavelit? 10 autem *corr. ex* vero *A.* 12 Philonam *A.* filiolam *P.* Philotam *Mai.* 13 Olciae *scripsi.* Olci *A.P.* 15 gerendam *A.* 16 praecipio *A.* praecepi *P.* 17 boetie *A.P.* 18 Uton *A.* Yton *P.* 24 Babyloniam sint *P.* 25 bacthranam *A.* bactranam *P.* *correx. Mai.*

59. 27 magno *A.* 29 genitalia *P.* volunt *A.*

facultatem, quibus singulis tria milia drachmarum adnumerari conveniet. Argos autem mitti arma, quibus ipse usus sum, et auri signati drachmas quinquaginta eaque Herculi consecrari volo. Delphos quoque mitti praecepi, eboris quod in aula mea fuit, draconumque terga et pateras aureas tredecim, primitias scilicet operum nostrorum. Milesiis etiam ad reformationem oppidi sui dari praecipio auri signati drachmas centum et quinquaginta tantumdemque auri materiae. Volo autem Perdiccam, quem Aegypto imperatorem atque Alexandriae esse iussi, sic uti imperio mandato, ne nomen meum ex oppido transferatur, quae quidem etiam maximi deorum Sarapis est sententia. Fieri porro annuum oppidi sacerdotem, qui sacerdos Alexandri nominetur, eique insignia dari placet coronam auream et purpureum amictum. Is ubi functus fuerit sacerdotio, omni reliquo munere vel inquietudine sit solutus. Sed quisque id sacerdotium nanciscitur, sit et genere nobilis et existimatione, uti sibi dignitas una cum posteris et ista proficiat. Indicae regionis eiusque tractus, qui ad Hydaspim fluvium pergit, Taxiaden mando esse praefectum. Adiacentium vero regionum Apoctronum, Roxanes patruum, uxoris meae, rectorem constitui placet. Racusiam vero regionem et Bactrianam et Susianam Philippo remitto, Hyrcaniam Artaphernae, Persida Peucestae. Illyriae vero praeficio Olciam, cui quidem ex Asia dari oportebit quingentos equos et auri drachmarum tria milia, e quibus templum constituat, eique templo simulacrum Herculis *96.* *97.*

3 usus sim *A.* 9 tundemque *P.* 10 egyptum *P.* 11 sic uti *A.* sicut *P.* 12 tranferatur *A.* 14 annuum *P.* unum *A.* 18 Sed si quisque *P.* id *P.* ita *A.* 21 qui ad Hydaspim *Mai.* qui ad ydapim *P.* quo alydapim *A.* 22 taxiade *P.* Traxiaden *A.* Adiacentiam *P.* 23 Apoccronum *A.* patruum *A.* petrum *P.* 24 regionum *P.* 25 Susianam *Keil.* Suisiam *A.P.* Hyrcaniam *Mai.* Circanniam artaferne *P.* Cyrcannia mariaferne *A.* 26 Paucestae *A.* Illyrio *P.* 27 Olciam *Keil.* orciam *P.* Orcion *A.*

et Ammonis consecretur, Minervae etiam et Olympiadis, matris meae, nec non etiam Philippi. Omnes etiam curatores imperii imagines consecrent et signa constituant, aurea quidem apud Delphos, ceteris vero in locis materiae diversae. Constitui autem effigies oportebit Perdiccae, Alexandri, Ammonis, Minervae, Olympiadis, Herculis, Philippi, quae omnes divinis honoribus consecrabuntur.' Et haec quidem summa voluntatis Alexandri est accepta.

60. Vixit autem annos triginta et tres. Sed imperium iniit annum agens octavum decimum. Omnes autem difficultates eius usque ad annos viginti et quinque fuere; reliqua in pace transegit. Gentes barbaras dicioni suae subiecit numero viginti et duas, Graecas vero sedecim. Victor totiens, quotiens bellator, nullo proelio invulneratus. Sed civitates condidit duodecim, omnes nomine suo scilicet nuncupatas, quae sunt hae: Alexandria, quae condita est nomine Bucephalae equi, Alexandria montuosa, Alexandria apud Porum, Alexandria in Scythia, Alexandria Babylonis, Alexandria apud Massagetas, Alexandria apud Aegyptum, Alexandria apud Origala, Alexandria apud Granicum, Alexandria apud Tigridem fluvium, Alexandria apud Troadam, Alexandria apud Sanctum, cui quinque primorum, ut dictum est, elementorum idcirco sunt data nomina, ut in hisce elementorum nominibus legeretur: Alexander Imperator Genus Iovis Condidit. Obitus tamen eius diem etiam nunc Alexandriae sacratissimum habent. XXXV. *98.*

8 summae *A.* 9 accepta *om. P.*

60. 15 sedecim *A. P. ιδ' Graec. Verba* 'Victor—invulneratus' *om. A.* quotiens *scripsi.* quot *P.* 16 Condidit civitates eius XII *P.* 18 heae *A. P.* 20 in Scythia *A.* insicia *P.* 24 cui *A. P.* quibus *Mai.* 26 in his *P.* 27 *Quae post* 'legeretur' *sunt in A., om. P.*

In A. subscr.: Explicit Obit Alexandri. Incipit Itinerarium Eiusdem.

ALEXANDRI MAGNI, REGIS MACEDONUM, ET DINDIMI, REGIS BRAGMANORUM, DE PHILOSOPHIA PER LITTERAS FACTA COLLATIO.

Epistola Alexandri.

Saepius ad aures meas fando pervenit rationem vitae vestrae a communi ratione hominum, qui ubique sunt, discrepare; nam nec terrae nec pelagi subsidiis uti vos asserunt nuntiantes. Quae res, sui novitate mirabilis, rumorum licentia videtur incredula. Et recte consulere per has te, Dindime, litteras properavi, ut si verum est, quod audivimus, et si philosophandi causa hoc facitis, incunctanter expedias, quo certior effectus ego quoque, si fieri potest, disciplinae sectator huius exsistam. Semper enim virtutum studiis ab ineunte aetate dedi operam traditaque mihi a sapientibus innocentiae mandata non indiligenter, ut arbitror, conservavi; quibus tamen ita informamur ad bene vivendum, ut vivendi omnino causas et remedia non perdamus. Sed quia vestra excellens, ut fertur, industria praeter illas philosophicas philoso-

L. = Codex Leid. Voss. Lat. Q. 20 saec. IX. P. = Cod. Par. 17569 membr. fol. quadr. saec. XII. M. = Cod. Millstadtensis. V. = Cod. Vindob. 150 m. saec. XIII. (continet solum primam responsionem Dindimi). B. = Edit. Bissaei, Londin. 1668. R. = Edit. Frobeni Ratisbon. 1770. — 7 communi ratione *P.* communione *R.* communium *L. B.* communi usu *cod. Oxon.* 9 sua *P.* 11 recta *Keil.* 13 faciatis *P. B.* 19 ut vivendo *L.* ut bene vivendi *B.* 20 ut fertur *Keil.* offertur *Codd.*

phorum notas usitatasque doctrinas cultum quendam observantiae singularis induxit, quaeso ut hanc nihil moratus aperias; nam nec vobis ex hoc aliquid iacturae proveniet et nos aliquid fortasse commodi sortiemur. Libera enim est res communitas et nesciens pati dispendium, cum in alterum participanda transfunditur, sicut ex una face, si lumina plura succenderis, nullum damnum principali materiae generabis, quae quidem facultatem accipit plus lucendi, quotiens causas invenit plus praestandi. Quapropter obsecro te, ut praebeas responsa quaesitis.

Prima responsio Dindimi, regis Bragmanorum, contra Alexandrum, regem magnum Macedonum.

Desiderantem, Alexander, te scire, quid sit perfecta sapientia, licet huius te non ignarum profiteris, belle collaudem, quia quod solum est omni regno praestantius, id assequi maluisti. Etenim imperator exsors philosophiae non dominari solus creditur, sed servire quam plurimis. Verumtamen, quoniam satis mihi durum et prope impossibile videtur nunc te ad nostra instituta transduci, cum procul aliis, quam noster cultus exigit, disciplinis et moribus sis imbutus, statueram tacere teque veniam super his, quae postulas dari, deprecari, maxime quia nec mihi ullum suppetit uber eloquii et tibi necessitatibus bellicis oc-

1 usitasque *L.* 2 observantia *L.* 4 perveniat *L.* 5 communitas *R.* communita *L. cod. Oxon.* commonita *P.* communicari *B.* 6 participanda *P.* participata *cet.* 7 Sicut enim *L.R.* face] lucerna *B.* 8 materie *L.* materiei *P.* quia equidem fac. accipis plus lucrandi, quot. caus. accipis *R.* 10 te *R. om. cet.* 15 profiteris *scripsi;* profiteri *Codd.* 16 belle *B.* velle *cet.* collaudem] collaudamus *R.* 18 exsors] expers *V.* solus *L.P.R.* solum *B.* subditis *V.* 19 quoniam *V. Frob.* quo *L.M.* quod *P.B.* 21 cum] tum *L.* procul] prorsus? 24 deprecari *R. om. cet.* 25 eloquii *L.R.* eloqui *P.* eloquium *B.* quia mihi nulla suppetit ubertas eloquii *V.*

cupato parum temporis ad legendum datur. Sed ne invidiae causa deserere me diceres, expediam ut potero, quae requiris. Nuntios enim de nobis dudum ad te prolatos non immerito famae incredulus respuisti, nam solet gaudere figmentis. Nunc tamen ex me indubitanter percipe rerum fidem contentus, ad beate vivendum quales habeamur, agnoscere; sit sane tui iudicii ea, quae proferemus, utrum sequenda censeas an spernenda.

Gens igitur Bragmanorum pura et simplici vita vivit. Nullis rerum capitur illecebris. Nil appetit amplius, quam ratio naturae flagitat. Omnia patitur ac tolerat illud putans necessarium, quod scit non esse superfluum. Facilis nobis semper alimonia, non quam luxuriae sagacitas per omnia currens elementa perquirit, sed quam tellus ferro inviolata producit. Mensam epulis oneramus innocuis. Hinc est, quod nulla genera morborum numeramus et nomina, sed diuturnis gaudiis salutis intemeratae defruimur. Nullus itaque apud nos sanandis corporibus usus est herbarum nec in alienas pernicies auxilium petimus constituti. Opem non precatur alter ab alio, ubi vivitur inter pares. Locus non praebetur invidiae, ubi nullus superior est. Omnes divites facit paupertatis aequalitas. Iudicia non habemus, quia corrigenda non facimus. Leges nullas tenemus, quae apud vos crimina proferunt. Nam dum plerumque severis sanctionibus

1 parum *R.* parvum *cet.* parvum temporis spatium *P.* 3 requiris] queris *L.* 4 immerita fame incredulos *L.* 5 solet *L.R.B.* solent *V.* solet fama *P.* 6 fide *L.B.* 7 habeamus *L.R.* 8 ea *P. om. cet.* spernenda] respuenda *V.* 10 Gens] Genus *L.* bragmannorum *L.* vita vivit] una vita *L.* vivit *om. P.* Nullis rerum *P.R.* nullus reus *L.B.* nullius rei *V.* 14 *post* 'superfluum' *addit* nec ultra modum *P.* Facilis nobis semper alimonia *om. P.* non quam *R.* nunquam *cet.* 16 inviolata] involuta *L.M.* 19 salutis intemeratae] intemerata sospitate *P.* 21 constituti *L.P.B. om. R.* constitui *V.* 22 opem] maior *V.* 25 Indicia *L.*

incognita prohibent, facinora docuerunt. Una genti lex est: contra ius non ire naturae. Misericordiam nulli tribuimus, quia nec ipsi miseranda committimus. Culpas nostras aliorum remittendo peccata non abluimus nec sparsis divitiis scelera congesta redimimus. Quid enim proficiat in proximum depensa munificentia noxae, cum sit auctori simile, quod confertur? Et fortassis sincerior est ille, cum quo male conscius raptim parata communicat, et ita fit, ut vitiis largientis par, qui accipit, habeatur. Pravitas enim, quos contigit, exaequat. Laborem non exercemus, qui nutrit avaritiam, otium turpe dum vitamus. Libidini membra debilitanda non tradimus. Nocte non utimur ad tegenda flagitia. Nihil facimus, quod castigetur. Nefas est apud nos iuga montium vulnerare dentibus vel camporum nitorem rigare vomeribus aut gementibus tauris stridentia plaustra subiungere. Cruentis dapibus uterum non torquemus. Vescendi causa secreta litorum retibus non rimamur, non aequoreas animantes secreta venatione decipimus, aut aëris libertatem captu avium verberamus; silvarum incolas non vastamus indagine neque spolia ferina domum convehimus. Omnia possidemus, quaecumque non cupimus; est enim ferocissima pestis cupiditas, quae solet egenos, quos capit, efficere, dum finem inquirendi non invenit, sed eo magis, quo fuerit locupletata,

1 perhibent *L.* 5 sparsis] a sparsis *L.* 7 auctore *L.* avaritiae *B.* confertur *L.V.* fertur *cet.* 9 patrata *B.* 10 haberetur *L.* parvitas *L.R.* 11 contigit *L.* contingit *cet.* 12 turpe dum *P.* turpitudinis *R.* turpe devitamus *V.B.* turpe vitamus *L.* 13 nocte *V.* note *L.* nota *P.R.* 14 tegenda *P.* tenenda *L.R.* tendenda *V.* nocte — flagitia *om. B.* fecimus *L.* agimus *V.* castigetur *P.B.* castiget *L.V.* lex castiget *R.* lux castiget *Rieberer.* 15 vulnerare *R.* vulnerari *cet.* 16 rigare *L.P.B.* rimare *R.* rimari *V.* rugare *Keil.* 17 plaustro *L.* 18 secreta] secta *L.B* 19 rimamus *R.* 22 vastamur *L.* 24 feracissima *L.* 25 cepit *B.* requirendi *B.* 26 eo magis *R.* et magis *L.P.* magis *V.B.*

mendicat in usum libidinandi. Turrita culmina non levamus nec auras salubres arte quadam decoquimus nec gelidos aquarum cursus ferventi statione concludimus. Cur autem nos lavacra poscamus, quorum corpus immundis contactibus non sordescit? Sole calescimus, rore humectamur, sitim rivo frangimus, torum ministrat humus, somnum sollicitudo non rumpit, mentem cogitatio non fatigat. In homines nostri similes superba non agitamus imperia nec quemquam vel minima servitute exigimus praeter corpus, quod solum animo famulari debere censemus. Alioquin saevitia est in obsequium cogere, quos nobis fratres eadem natura progenuit et quibus ab uno deo patre communium bonorum spondetur hereditas. In exstruendis domibus igne saxa non solvimus nec limum rursus in lapides subactum fornacibus reformamus nec admixtione velificati pulveris caementa duriora conficimus; fundamenta non iacimus in profundo nec vi nostra vetus oceani possessio mutilatur, ut ibi cubicula nobis sint aprica, ubi fuerat quondam procellosa navigatio, dum terrarum dilatare quodammodo molimur angustiora et defectui creatoris velut quaedam supplementa praebemus. Quin potius in defossis telluris speluncis aut concavis montium latebris capaciter habitamus. Nullos ibi ventorum fremitus, nullius tempestatis turbines formidamus. Tutius nos defendit ab

1 libidinandi *B.* laborandi *P.* lavandi *L.* labandi *R.* livoris *V.* 2 aures *L.* quaedam *L.* 5 contactibus *P.B.* contractibus *L.* contractionibus *V.R.* 9 superbia *L.R.* agitamur *L.* imperia *P.B.* imperium *L.V.R.* 10 minime *L.* in minimam servitutem *R.* exigimus] affligimus *B.* 15 limum] imum *L.* 16 lapidem subacta fornace *V.* reformamus *om. L.* 18 nec vi nostra — mutilatur *R.* ne cui nostrum — mutiletur *cet.* (vestrum *L.*). 19 ut ibi *Schlee.* ubi *L.P.* ut *R.* ibi *B. om. V.* 20 sint *R. om. cet.* fuerat] fuit *R.* navigatio *om. L.P.* 21 molimur *L.R.* molimina *cet.* 25 nullos tempestatum *B.* 26 totius *L.*

imbre spelunca quam tegula; cuius geminus nobis usus est mansionis: dum vivimus, proficit vitae, dum morimur, sepulturae. Nullus apud nos pretiosus amictus est, nulla vestis fucato colore contexitur. Membra papyri tegmine, vel quod est verius, pudore velantur. Feminae nostrates non ornantur, ut placeant, quae quidem ornamentorum cultum magis oneri deputant quam decori. Etenim nesciunt in augenda pulchritudine plus affectare, quam natae sunt. Nam quis potest opus naturae corrigere? Quod cum factum fuerit, aut infructuosum est, quia vincitur, aut criminosum, quia praesumitur. Nullus apud nos incestus, nullum adulterium, nulla corruptio nominatur. Ad concubitum non admonet nos libido, sed subolis amor. Non novimus amorem nisi pium. Abortivis actibus procedere foeta nascentia non vetamus nec intra vivum corpus mortem invehimus alterius. In hominibus concipiendis sterilitatis obitu minime deum suo iure privamus nec in rapienda vita superstitum gladiis urgemus morantia fila Parcarum. Arma non sumimus, bella non gerimus. Pacem moribus, non viribus confirmamus. Sola fortuna est, adversus quam saepe pugnamus et saepe vincimus, quae temeritatem suam, nos experta, deplorat. De fatis nihil querimur, quia potestatem illis contra nos recte agendo non damus. Mortem non patimur, nisi quam aetas affecta portaverit. Nemo denique parens filii comitatur exsequias. Nulla nos exstruimus instar templorum sepulchra de-

1 geminus] gremium *V.* 2 quia dum *B.* 4 fucato *P.B.* fuscato *L.* fuscatio (s *et* i *eras.*) *V.* fuscario *R.* 5 pudora *L.* 8 decori] honori *B.* 9 natae] nactae *R.* quam qua natae *Keil.* 10 factum *R. om. cet.* 15 pium] purum *P.B.* 16 vetamus] novimus *B.* praecidere foet. nasc. non novimus *Biss.* 18 conspiciendis *P.B.* obitu *P.* obitum *L.R.* officio *V.* ob causam *B.* obtentu *Rieberer.* 23 saepe] semper *R.* 24 in nos experta *B.* quaerimus *L.R.* 28 instruimus *L.V.*

functis nec in gemmatis urnis funera combusta recondimus. Quod non honori potius duxerim, sed poenae. Quid enim miserabilius his ossibus, quae ne genitrix terra complectenda recipiat concremantur?

Sed haec vestra sunt argumenta. O divitiae, quae nec satietatem viventibus concessistis et mortuis supremam requiem sustulistis. Invenit, ut video, vester furor in homines et post fata, quod torqueat. Non enim sinitis gremio suo tellurem cineres fovere, quos edidit, dum munifica specie ministerii iucundam miseris eripitis sepulturam. Discant homines, qualem vicissitudinem amatoribus exhibetis vestris. Vos estis malorum omnium causa mortalibus. Vos Asiam et Libyam brevibus concludi finibus affirmatis. Vos solis meatum trepidare facitis, dum cursus sui terminos armis disquirit Alexander. Vos Tartareum custodem sopiri posse pretio suggessistis. Vos omnia consumentes vultum semper ieiunum geritis. Vos pias patrum dextras natorum iugulis scelerastis. Vos in maternum concubitum verecundos iuvenes ipso Cupidine stupente duxistis. Vos in superbiam reges mitissimos incitastis, quibus cum terrarum spatia minime sufficere suadetis, poli quaerere sedes hortamini. Licet nec deos vestros morbi dimiseritis exsortes. Nam et per ipsos nefanda committitis. Testes sunt Iupiter et Proserpina, ille quod pudicam mulierem fefellit auratus, illa quod vivum corpus in Tartarum non aliter nisi auro

1 recondimus *R.* convehimus *B. om. L.P.V.* 2 honori *L.V.R.* honoris *P.B.* duxerim *R.* dixerim *cet.* 3 ne] ut *R.* nec *V.* 5 O *om. R.V.* 8 fata *R.B.* facta *L.V.P.* quod *om. L.* 12 amatoribus *V.R.* amoribus *cet.* exhibeatis *B.* 13 mortalibus *V.B.* mortalium *cet.* 14 brevibus] angustis *V.* 15 sui] eius *R.* 19 iugulo *R.* 20 ipso *L.R.* ipsa *cet.* 21 stupentes *L.* 22 quibus cunctarum spatia terrarum minime sufficere suadetis, quin etiam poli sedes concupiscere compellitis. Licet *V.* 23 sedes *om. R.* 24 exsortes] expertes *V.* 25 committitis] commisistis *B.* comitatis *P.* 26 auratus] auratis cornibus *V.*

suscipit oblato. Vos liberos homines honestate privatis, vos servos nobilitate donatis, vos captivos triumphis extollitis, vos reges facitis non posse, quod volunt, vos iudices integritate nudatis. Omnia tenetis et omnibus vos habentibus imperatis. Sola sapientia Bragmanorum vos superat non amando. Sed de his satis; nunc reliqua percurramus.

Pestilentiam Bragmani non patimur; neque enim foedis actibus temeramur. Caelum semper temperiem tenet apud nos. Cum temporibus natura concordat, ut vices suas elementa non offensa custodiant. Medicinae remedium nobis parsimonia est, quae non solum illapsos potest curare languores, sed etiam procurare, ne veniant. Nulla nos ludicra spectacula nec equina certamina nec scenicas turpitudines affectamus. Voluptati non ducimus arenam. Sanguinis fluenta manantia abhorremus. Quid enim mimus hic faciet, ubi nullum praestigium, quod ridendum de nobis possit exhibere, reperiat? Quid tragoedus agat nihil inveniens, quod lugeat cum clamore? Cur iuvenes bestiis obiciantur immanibus, cum nullius noxam talis poena respiciat? Nos theatrum spectare cum volumus, vestrorum operum monimenta relegimus, quae cum sint maxime ridenda deflemus. Alia porro nobis spectacula diversasque voluptates exhibet mundi machina, in qua videmus polum pulchre formatum signorum varietatibus

2 nobilitate] nobilitati *P.* filios nobilitatis *V.* 6 de his *P.* ex his *V.* his *L.R.B.* 8 enim *om. L.* 9 temeramur] temeramus auram coeli *R.* temperiem *om. R.* 10 natura *etc.*] naturam propriam apud nos elementa coeli et tempora custodiunt *V.* concordat *P.B.* concordiam *L.R.* 13 languores — procurare *om. L.* 14 exspectacula *L.P.R.* 15 Voluntati *L.* 17 minus *L.* 18 prostigium *V.* vestigium *B.* 19 reperiat *L.R.* reperiatur *P.* inveniat *V. om. B.* tragidius *L.* tragediis *P.* tragicus *R.* quod lugeat *P. om. cet.* 21 nullus *R.* poenae *R.* 22 exspectare *L.P.R.* 23 monimenta *om. P.* relegimus *om. B.* 24 exspectacula *L.P.R.* 25 voluntates *R.*

stellarumque fulgoribus rutilare, solem puniceis invectum iugalibus crines per orbem radiantes effundere, quem bissenis incumbens mensibus redivivus annus inde persequitur, tempora sertis ac pampineis cincta redimiculis comitantur, dies quoque volubiles et horae volubiliores antecedunt. Cernimus etiam pelagus colore purpureo venustatum, quod placidis et amicis excitatum semper fluctibus non ferire germanam terram creditur, sed amplecti, cuius multiformes pisces vagique delphini per aequora madida undosaque saltatus innocentes exercent. Camporum quin etiam laeta virentium specie delectamur, ex quibus odor gratissimus florem suavitatis exhalans oculos simul pascit et animum. Nemorumque nobis et fontium opaca scilicet arridet amoenitas, quam variae simul alites musicis concentibus personantes melos dulces componunt. Haec sunt naturae spectacula, quae et imitari difficile est et refutare culpabile. Nos mercandi gratia pontum classibus non sulcamus nec sub alio iacentes sole provincias fastidio terrae alterius expetimus, quod tam commeantibus saeva pericula, quam solet perfectis magna miracula praebere. Nunquam nos peregrina species ardore suae pulchritudinis inflammavit, quibus nihil decentius esse creditur quam visio propriorum. Nec famulos nos sibi faciet multis casibus opum devincta materies, quos liberos edidit absoluta pauperies. Nos artem bene loquendi non

1 rutilare] radiare *P.* puniceis] pumicis *L.* 4 sertis *Schlee.* septies *L.P.* species *V.R.* septa *B.* speciosa *Rieb.* uvis (= VVIϒ) *Keil.* 5 cincta] cuncta *V.R.* 6 cernimus] certamus *P.B.* 7 venustatum] venustare *B.* 8 fluctibus] fructibus *L.* 10 per aequora *etc. R.* aequoreas (aequoris *B. om. V.*) madidas undas atque saltatus (saltus *L.V.B.*) innocenter *cet.* 13 florem *B.V.* flores *P.R.* florum suavitans *L.* 14 fontium] frondium *V.* 16 dulce *L.* 17 sunt *om. L.* 20 fastigio *L.* 21 quod tamen *V.* quae commeantibus tam saeva pericula praebeat *B.* 22 quam — miracula *om V.B.* 23 ardorum *L.* 25 propriorum *L.* propiorum *cet.* 26 devincta *V.R.* devicta *cet.*

discimus neque facundiae rhetorum oratorumque damus operam, cuius officium est phaleratis sermonibus figmentare mendacia et innocentiae fidem conferre criminibus ac parricidii reos assignare piissimos. Qui dum putant se alienae laudis fructum per iniquam victoriam rapuisse, nesciunt se munimentum suae conscientiae perdidisse. Simplex apud nos eloquentia communisque cum omnibus, solum praecipiens non mentiri. Philosophorum scholas minime frequentamus, quorum doctrina discordia, nihil stabile certumque definiens, semper sequentibus placita priora rescindentibus, quorum una pars bonum in honestate, alia in voluptate constituit, et quod asserunt, unde ipsi scire potuerunt, demonstrare non possunt, sed audent opinionibus ambiguis non comperta firmare. Nostra philosophia expedita est, quae iuvare non nisi iuste novit, nocere nec iniuste, nec aliis inferendum censet, quod nobis maerorem generat, cum infertur. In honorem divinum pecudes innocuas non mactamus nec delubra metallis argenteis incrustata fundamus nec altaria auro et gemmis splendentia dedicamus. Quae si ut non habenti deo largiaris, superiorem te asseris, si ut habenti, parem, quod utrumvis feceris, contumelia est. Nam quisquis caelestia pretiis invitat, offendit. Non suscipit deus sacra sanguinea, cultum diligit incruentum, spernit funesta libamina, verbo propitiatur orantibus: quod solum ei commercium cum homine est

2 falleratis *L.* 5 alienam laudem *P.* fructum *V.R.* factum *B. om. L.P.* 6 se *P.R. om. cet.* 7 loquentia *R.* eloquentia est *P.B.* 8 cum *om. B.* solum praecipiens *om. B.* 10 discordia *P.B.* discordiam *L.* discors *R. om. V.* 11 rescindentibus *B.* scindentibus *cet.* 13 potuerant *L.* potuerint *R.* 15 expedita *R.* exdita *L* edita *B.* ex deitate *P. om V.* 17 inferendum censet *V.* inferre dum censet *R.* inferre dum cesset *L.* inferre dulce est *B.* inferre quod nocet et *P.* 18 maerorem] memorem *L.P.* 20 nec] ne *L.* 22 si ut *R.* sicut *L.P.* si *B. in V. omnia turbata.* 23 utrumvis] vis *erasum L.* 26 verba *L.* ab orantibus *R.* 27 commercium *R. om. cet.*

suaque nimis similitudine delectatur. Nam verbum deus est, hoc mundum creavit, hoc regit atque alit omnia, hoc nos veneramur, hoc diligimus, ex hoc spiritum trahimus, siquidem ipse deus spiritus atque mens est. Atque ideo non terrenis divitiis nec largitate munifica, sed religiosis operibus et gratiarum actione placatur. Quapropter nimium excordes vos et miserabiles iudicamus, qui originem vestram non suscipitis esse caelestem magnamque cum deo habere cognationem, sed splendorem generis vestri rebus vilissimis obfuscatis, quippe quibus maxima voluptas in carne est. Hanc fovetis, hanc colitis, hanc amatis, cuius est et contrectatio viventis incesta et contagio morientis horrenda, in cuius usibus elementa vexantur et mundus exhibendis laborat obsequiis. Et quod est vehementius, audetis etiam deum caesis carnibus expiare cultumque religionis non uni, qui solus est, sed plurimis, qui non habentur, exsolvitis, et in hoc scilicet a carne decepti. Nam hominem mundum esse parvum dicitis, et sicut in eo multiplicata sunt membra disposita, ita varios deos fingitis in caelo consistere, quorum unicuique diversas partes vestri corporis deputatis, et familiares singulis victimas immolatis et vocabula illis exquisita tribuistis asserentes Minervam capitis arcem utpote sapientiam tenere, Iunonem iracundiae praesidentem praecordia possidere, Martem

2 est *om. L.* 5 mensem *L.* est *om. L.* sic quidem ipse deus spiritus sanctus ex patre et filio procedit atque ideo *V.* in terrenis *R.* 6 munifica] munerum *R.* 8 mirabiles *B.* 10 cogitationem *L.* rebus] opibus *V.* 13 cuius est et contrectatio viventis incesta et contagio morientis horrenda (incesta *et* horrenda *in rasura*) *V.* cuius et contrectatio viventis (vivendis *L.*) horrenda est et contagio morientis incesta *cet.* 14 elementa *B.* emolumenta *cet.* 17 solus est deus *V.* 20 dicitis *V. B.* dicimus *L. P. R.* 21 item alios *B.* 22 diversas *L.* divisas *cet.* 23 deputastis *R.* familiares *R.* familiariis *L.* familiarius *cet.* victimis *L.* immolastis *R.* 24 illi *L.* 26 praesidem *R.* possidere] tenere *B.*

bellorum praesidem pectora vulneribus apta distinguere, Mercurium facundiae repertorem linguae ianuas subsidere, Herculem lacertos sibi utpote pugilem vindicasse, Cupidinem iecoris secretarium coercere, Bachum ebrietatis auctorem cellaria gutturis obtinere, Cererem frumenti datricem horrea ventris incolere, Venerem matrem libidinis femorum occupasse cubicula, Iovem quasi aëreum spiritum in naribus habere praetorium, Apollinem medicinae ac musicae praeceptorem palmarum habitacula possidere, tantaque hominis fabrica diis, quos dicitis, vestris dominando contraditur nulla parte corporei domicilii vestris sedibus reservata. Qui tamen nec gratiam vobis debitam ut liberis hospitibus referunt, sed ut inquilinis obnoxiis solvendum vectigal imponunt, atque alius alia tributa proflagitat. Itaque Marti aper caeditur, Baccho dicatur hircus, Iunoni pavo mactatur, Iovi taurus ducitur, Apollini cygnus offertur, Veneri columba decernitur, Minervae noctua consecratur, Cereri farra libantur, Mercurio mella panduntur, aras Herculeas populea corona circumdat, fanum Cupidinis rosea serta condecorant, nec patiuntur si necessitas

1 praesulem *R.* vulneris *L.* 2 ianuis *P.* ianuam *V.* obsidere *R.* possidere *V.* 3 et utpote *L.V.* puliginem *L.* forte numen *V.* 7 cubicula *L.P.* cubilia *cet.* 9 praetoria *R.* praeconem *L.P.* 10 tantaque — contraditur *om. V.* et totam hominis fabricam diis quos dicitis vestris donando quantum traditur nullam partem corporei domicilii vestris sedibus reservastis *R.* 12 contraditur *L.* contraditis *P.* contradicitur *B.* 13 *post* 'reservata' *pergit V.*: ipsosque deos, quos fabricatis, vobis creditis suffragari. 15 alius *L.B.* aliis *P.* alios *R.* 16 proflagitat *B.* profligat *L.P.R.* *in V. ita*: imponunt. diversisque diis diversa libamina diversaque auguria atque diversa tributa imponunt. et ideo marcia bella ac homicidia adulteriaque ac furta omniaque mala vobis eveniunt, ut est illud: bacho ducitur hyrcus *etc.* 18 ducitur] dicatur *B.* 21 populea corona circumdant *L.* circumdat *P.B.R.* populeae coronae circumdant *V.* 22 serta *om. L.* decorant *R.* coronant *V.*

exegerit, commune sibi pulvinar offerri, sed unusquisque deus proprios flamines et sorte sibi datum munus assequitur, si tamen dii appellandi sunt, quibus potestas nisi in certis sibimet offerendis animalibus non est data. Digna vota vel potius digna tormenta vestris erroribus exhibetis. Re enim vera non opitulatores deos, sed carnifices teterrimos invocatis, qui viscera vestra suppliciorum diversitate discerpant. Necesse est enim in corpore vestro tot poenas constitutas esse, quot dii sunt, dum singuli suis vos cogunt inservire ludibriis. Unus trahit ad bellum, alter eundem ducit ad luxum, ille lucrandi causas hortatur inquiri, hic desiderium suggerit epulandi. Omnes imperant, exigunt, urgent, spatium quiescendi nullus indulget, et hoc modo sensibus vestris latendi seductione sopitis miserum corpus obstrictum in officia numerosa marcescit. Atque ita fit, ut malorum vestrorum semina, dum per socordiam non valetis abicere, colatis ut numina. Et sane miror vos, cum sitis cupidi opum et avaritiae studiosi, frustra tot diis esse munificos, praesertim omnia exsecranda iubentibus; qui si vos sacrificantes exaudierint, conscientiae vestrae damna contrahitis, si non exaudierint, facultatum. Ergo sive irati, sive propitiati fuerint, semper nocent. Hae sunt illae Furiae, scelerum vindices, haec illa cruciamenta Tartarea poetarum vestrorum carminibus decantata, quae vos velut iam mortuos propter impiam profanamque superstitionem atque contemptum verae religionis excruciant. Etenim si miserias vestras volueritis intentius intueri, nihil inaniter relatum de

1 exigerit *P.R.* exigent *L.* exigit *V.* exigat *B.* offerri *V.B.* offerre *cet.* 6 opitulares *L.* 8 discrepant *L.P.* 12 causa *B.* 15 latenti *R.* 16 corpus *om. L.P.* obstrictum *B.* obstructum *L.V.R.* misera obstructio *P.* 19 cum *V.* quia cum *L.P.R.* qui cum *B.* 21 quia *R.* 23 trahitis *B.* 24 propitii *R.* 25 hi illi cruciatus tartarei *B.* 26 decantati, qui *B.* 29 volueris *L.*

Inferis invenietis. Omnia enim, quaecunque finguntur apud vos esse simulacra, vos estis. Eumenides sunt foedissimae cogitationes, Tisiphone prava conscientia, Umbrae exsangues vestra corpora mentis sanitate carentia; poenae Inferni sunt curarum pro delicti continuitate vigiliae; Tantalus est inexplebilis semperque sitiens cupiditatis aviditas, Cerberus mala ventris edacitas, cui quia non sufficit unum nostrum, terna ora collata sunt; Hydrae sunt vitiorum post satietatem renascentium foeditates; Viperina corona est actuum sordidorum squalor horribilis; Pluto est animus humani corporis rector ignavus, qui quoniam caelestibus bonis ultro caruit, merito sedibus damnatus est Inferni; Pallentes sunt dii, quos sine ratione colitis. O vos felicissimos, quorum et religio crimen est et vita supplicium!

Responsio Alexandri.

Si haec ita sunt, ut asseris, o Dindime, soli, quantum video, Bragmani hominum numero non tenentur solique exsortes corporeae creduntur esse substantiae, qui vitiis omnibus carere dicuntur, qui concessis naturae voluptatibus non utuntur, qui scelus putant esse, quod nascimur, qui nefas existimant omne, quod agimus, qui beneficia elementorum depensa mortalibus molesta pro necessariis iudicant, qui artium diversarum ministeria scelerata pronuntiant, qui omnino destruunt iura vivendi et aut deos se esse

1 invenietis *V.B.* invenitis *cet.* 3 Thesifone *L.* Persiphone *R.* 4 Umbrae exsangues *scripsi;* umbra exsanguis *Codd.* exsanguis vescitur vestra *R.* mentis] membris *L.* 5 inferni *L.P.* infernales *V.R.* infernae *B.* 6 Tantalus] Tartarus *R.* semperque] semper *L.P.* 10 foeditas *R.* 11 sordidorum] suorum *L.P.* Pluto est] Plutonem *L.* 13 ultro] ultor *L.P.* 14 Palantes *B.* 15 infelicissimos *P.*

19 non *P. om. cet.* 22 a natura *R.* 24 elementorum *scripsi;* emolumentorum *Codd.* 26 ministerium scelera *R.* omnino] omni modo *L.* 27 iure *L.* et *om. L.R.* se *om. L.B.*

profitentur aut invidere deo, cuius tam pulcherrimam vituperant creaturam. Haec iudicio meo dementiae potius quam philosophiae adnumeranda sunt.

Altera responsio Dindimi.

Nos, inquit Dindimus, non sumus incolae huius mundi, sed advenae, nec ita in orbem terrarum venimus, ut in eo libeat consistere, sed transire. Properamus enim ad Larem patrium nullis delictorum ponderibus degravati nec in aliquibus illecebrarum tabernaculis commorantes nec flagitiorum cauponibus obligati. Nihil enim indecorum poena contegimus, nulla cupiditatum furta provectibus occultamus, quippe qui nuda conscientiae fronte progredimur, ut expediti ac faciles spatium propositi decurramus itineris. Deos autem nos esse non dicimus, nec immensitati coelestis operis, ut insimulas, invidiose detrahimus, sed asserimus bonitate nos dei non male uti. Nec omnia licere seu decere firmamus, sed ea, quae voluntas sibi vindicat honestate, plerumque rogamus admittere. Deus enim rerum conditor varias species formavit in mundo, quia nullatenus poterat sine earum diversitate subsistere, quarum usum humano permisit arbitrio discernendum. Quisquis ergo deterioribus omissis meliora sectatur,

1 profitentur] non profitentur *B.* invident *Bissaeus.* 9 praegravati *P.* in *R. om. cet.* 11 enim *om. B.* indecorum *R.* inde eorum *cet.* poena *L.* pene *cet.* contegimus *L.P.* contingimus *R.* contigimus *B.* 12 proventibus *R.* sub vestibus *Bissaeus.* nudi *B.* 13 ut *L.R.* et *P.B.* 14 decurrimus *P.B.* 15 nos] non *B.* coelesti *L.* 16 invidiose] invidia *B.* 17 non *om. R.* non male non *L.* nec] non *L.* 18 seu *scripsi;* se *L.* sed *P.* scimus sed *V.* et *B.* dicere *B.* 19 admittere *Bissaeus.* ammittere *L.* amittere *cet.* 21 quia — subsistere *om. B.* 22 humanum praemisit arbitrium *L.* 23 omissis *R.B.* omnis *L.* abiectis *P.*

non ipse quidem deus est, sed dei amicus efficitur. Cur autem, quaeso, visum est tibi nos continenter et pie viventes dicere deos esse vel certe invidere deo, siquidem iustius in vos cadit ista suspicio? Nam cum superbiam vestram nimiae felicitatis tumor inflaverit, obliti quod ex hominibus estis, firmatis deum non curare de mortalibus. Vobismet ipsis templa fundatis atque aras erigitis et immolationibus pecudum laetamini vos invocari. Hoc patri videlicet, hoc avo tuo cunctisque parentibus certum est fieri; hoc etiam tibi pyramidum forsitan promittit exstructio. Quapropter furiosos verius vos esse dixerim, qui quod agitis ignoratis, aut si deum scientes contemnitis, sacrilegii reatu tenemini. Cum ergo caecitatis vestrae tenebras recte cernentibus applicatis et animum nostrum tali convicio sauciatis, non sinitis, ut miseriis vestris lacrimas saltem, quod est extremum munus pereuntium, dependamus. Valde enim lamentandi estis, quibus inexpiabiles pro divinitatis iniuria poenae praeparantur, quarum certissimum documentum est Salmonei iusta damnatio, qui fulgorem superni luminis aemulatus, quod imitabatur, expertus est, vel Enceladi sepultura, qui *quia* violentis ausibus aggredi coelum manibus voluit, premitur tumulo montis igniti. Talibus remuneratur honoribus, qui se non agnoscunt esse mortales.

1 dei] deus *L.* 3 deos esse] diis *B.* 4 iustius *B.* istius *L.P. om. R.* 6 oblitique *B.* non *om. L.P.* 7 de *om. L.P.* 9 invocari *R.* vocari *cet.* tuo *R. om. cet.* 11 promittit *R.B.* praemittit *L.* permittit *P.* exstructio *R.* instructio *cet.* 12 verius *om. B.* 14 teneamini *P.B.* cur *P.* 16 convicio] supplicio *R.* sauciantes *L.* 18 depensamus *L.* depandamus *R.* 19 inexpiabile *L.* inexplicabilis *P.* divinitate iniuriae *R.* poenae *om. L.* poena praeparatur *P.* 22 vel *om. R.* 23 qui *R.B.* quae *L.P.* quia *scripsi;* dum *B. om. cet.* 24 manibus *om. R.* premitur] praemittitur *L.* 25 agnoscant *R.* cognoscunt *P.*

Altera responsio Alexandri.

Tu nunc ideo te dicis beatum, o Dindime, quia in ea mundi parte sedem vobis natura constituit, in qua nec accessus advenis nec exitus aperitur indigenis, sed excubiis oppositae difficultatis obsessi, quoniam vitare non valetis, vestram patriam laudatis et, quod damnationis causa patimini, continentiae studio meruisse vos iactatis. Itaque secundum vestram sententiam et illi beati dicendi sunt, qui perpetuis innexi vinculis et diuturno squalore marcentes vitam poenalem sibi consenescentem producunt. Neque enim discrepat ab eis vestra philosophia. Nam vobis ita bonorum usus interdictus est, ut illis. Cruciatus, quos criminosis apud nos iura sanxerunt, vobis lex naturalis adhibuit, et praecepta, quae vobis continentiae vestrae necessitas dedit, illis carcer instituit. Ita fit, ut qui a vobis philosophi vocantur, rei pronuntientur a nobis. Et sane convenit vestras miserias potius vos lugere proque tantis malis trahere profunda suspiria. Quid enim afflictius, quid calamitosius homine, cui libere vivendi negata potestas est? Interim liquet, quid de vestris moribus deus auctor praesenserit, quos noluit Tartareis post obitum reservare suppliciis, sed vivos perferre statuit inopiam mortuorum, quam vos philosophiae vocabulo falso concinnatis. Nec tamen ex hoc aliquis vobis fructus laudis acquiritur. Nullum enim virtutis meritum est id nancisci, quod mutare

2 Tu nunc] tunc *L.* te *R.B.* me *L.P.* 4 aperit *L.* 5 apposite *L.* quoniam *L.R.* quam *P.B.* 8 vos *om. L.B.* 12 ita] item *B.* 13 est ut illis *B.* utilis est *cet.* cruciatibus *B.* quos *L.B.* que *P.* quod *R.* 17 pronuntiantur *R.* 18 vos] nos *R.* 19 proque earum *R.* 20 Quid enim *R.* quid *L.B.* quod *P.* 21 Interim liquet *R.* interim *L.P.* arbiter inquam *B.* 24 vivis *L.* inopiam] supplicia *L.* 25 concinnantes *R.* 26 acquiritur *P.* exquiritur *cet.* 27 nancisci *R.B.* nasci *L.P.*

non poteris, nec gloria dicenda est, quam sibi quisque non dederit. Verius ergo non beatitudinis, sed castigationis esse confirmo, quod vivitis. Et si placet, institutionum vestrarum partes singulas percurramus.

Nec habere Bragmanos consuetudinem semina mandare telluri nec arbores vitibus decorare nec plantariis arborum nuda vestire camporum nec aedificia pulchra constituere, harum rerum manifesta ratio est, quod ferri metallum vobis indignatio naturae non praebuit, quo cuncta, quae numeravimus, excoluntur. Aliunde autem assumere negotiatione navigii non potestis atque ideo vos necesse est herbis palmitibusque depastos vitam horribilem pecorum more transigere. Aut non idem lupi faciunt, quibus cum carnem praeda non suggerit, terreno cibo rabiem famis coguntur explere? Quod si liceret vos in nostras migrare terras, profecto philosophia vestrae penuriae nullatenus requireretur, sed in suis deserta finibus inhaereret; aut si nos in vestras sedes transire possemus, sapientes inopes redderemur. Quem exulem non statim comitatur continentia? quae si venit ex arbitrio, virtus est, si ex imperio, poena. Ergo non in angustiis et egestate, sed in opulentia temperanter vixisse laudandum est. Alioquin caecitas et paupertas solae virtutum gloriam sortiuntur, ista quia non habet, quo fruatur, illa, quia non videt, ut cupiat. Feminarum igitur ve-

1 poteritis *R.* nec gloria *P.* sed gloria *L.R.* sed nec gloria *B.* 2 non *om. R.* 3 affirmo *B.* 5 Nec] non *R.* 6 mandere terrae *R.* 7 arborum *om. R.* vestiri *B.* 9 ferrum et metallum *B.* 11 autem] enim *L.* negotiatione *Bissaeus.* negotiationem *codd.* poteritis *R.* 12 vobis *R.* 13 depastis *B.* more *om. L.* 14 cum *om. L.* 16 vos *om. R.* vobis *Bissaeus.* 17 philosophiae vestrae penuria *B.* 19 sapientia *R.* 20 redderemus *P.B.* quem] quo *P.* 22 imperio] penuria *P.* in *om. P.R.* 23 temperate *R.* 24 solae *R.* solam *L.P.* sola *B.* 25 ista quia *etc. R.* ista — fruatur *om. L.* illa quia non videt, ista quia non habet, ut cupiat *B.* illa quia non videt, ut cupiat, ista quia necessariis vitae sustentaculis caret *P.*

strarum nullus, ut asseris, decor augetur ornatibus: assentior, quippe nec ars officium nec materia ulla suppeditat. Nemo apud vos incestus vel adulterii inflammatur ardore: miranda res esset, si proprio, non necessitatis iudicio viveretis, si animum vestrum ab illicitis amoribus pudicitiae contemplatio, non deformitatis arceret aspectio, si castitas non coactis indicta ieiuniis testimonium voluntatis eriperet. Etenim nulla saevior potest mortalibus pestis evenire, quam haec res, quae quidem non desideria libidinis solet de sensibus humanis auferre, sed factum, id est non mentem ab scelere prohibere, sed corpus ab opere, non reprimere iubentis imperium, sed tollere famulantis obsequium. Manet igitur causa peccati, cum vel praesto [*est cupiditas noxae, quam is solus effugit, qui*] etiamsi posset, non subiret. Dicitis leges vos et iudicia non habere, litteris non studere, misericordiam neque petere neque tribuere. Omnia haec cum beluis constat vos habere communia, quibus ut facultas sentiendi non suppetit, ita voluntas fruendi sublata est. Rationibus nobis, id est rationalibus hominibus, qui nullius inediae lege perstringimur, qui ad bene vivendum libero incitamur arbitrio, ut voluntariam continentiam digna remuneratio consequatur, dedit multas natura blanditias, quas plerumque virtus sopitas cohibet. Impossibile est enim, ut tantam mundi magnitudinem

1 nullis *R.* ornantibus *L.* 2 assentio *R.* assensio *P.* assessio *L.* quippe] enim *P.* ars nec officium *P.* offucium *Bissaeus.* 3 incestus *L.R.* incesto *P.* incestivo *B.* adulterii *L.R.* adulterio *P.* adulterino *B.* 4 ardore *om. P.* res dei esset *R.* 6 inlicitos *L.* 7 indicta *P.R.* indicata *L.* sed indicatis *B.* 8 voluptatis *L.* 10 libidinis *L.R.* huiusmodi *P.B.* 13 imperio *L.* 15 *verba uncis inclusa addidit Rieberer.* 16 vos *om. L.* 18 cum] enim *B.* beluis *R.* melius *L.P.* mortuis *B.* 19 seniendi *B.* 20 rationalibus *R.* 21 rationabilis *L.* 22 perstringimus *L.* 23 instigamur *B.* 25 sopitas *scripsi;*. sospitas *P.* sopita *L.B.* fortior *R.* inhibet *B.*

non alicuius temperamenti moderatio gubernans faceret tristibus laeta succedere, siquidem variis casibus voluntas humana et mortalium mens ipsa diversa sit ac pro vicissitudine temporum motibus causarum semper aptatur. Animorum quin etiam species cum coeli mutatione vertuntur et liquido quidem die nitent, coacta vero nube fatiscunt. Ipsorum quoque sensuum ratio non minus instabilis videtur esse, quam multiplex, et non solum rebus, sed etiam aetatibus immutatur. Hinc est, quod simplicitate gaudet infantia, temeritate iuventus exsultat, canities imbecillitate tardatur. Quis enim aut audaciam astutiamque requirit in puero aut in adolescente constantiam aut mobilitatem poscit in vetulo? Multa sunt, quae visui nostro, alia quae auditui, nonnulla quae odori vel tactui vel sapori voluptuosa succurrunt, quibus aerumnarum, quas ex labore contrahimus, mulceatur asperitas, et ita modo saltationibus, modo cantibus oblectamur, nonnumquam etiam suavitate odoris vel gustu dulcedinis aut contactus blanda mollitie refovemur. Quorum omnium nobis suggerunt elementa materiam, quae etiam vitae nostrae creduntur esse principia. Quorum permixtione contraria humani generis ita structura conditur, ut unumquodque suis partibus satisfaciens sub dispensatione nobis tribuat familiare subsidium, quo moles corporea sapienter fabricata

1 gubernaret et *B.* 5 semper *om. R.* raptatur *B.* aptat cogitationes *P.* animarum *L.* 6 die *om. R.* 7 fatescunt *L.P.* quoque sensuum] vero casuum *B.* 9 rebus] cum rerum qualitatibus *R.* cum aetatibus *R.* 12 Quid enim vel *L.* audaciam astutiamque *L.* astutiam *R.* audaciam *B.* scientiam *P.* 13 requirat *R.* constantiam] continentiam *L.* 14 poscat *P.R.* 15 odori] odoratui *B.* 16 actui *L.P.* 18 salutationibus *L.* 19 etiam *om. B.* 20 contractus *R.* blanda — 23 permixtione *om. B.* 22 credentur *P.* 23 praemixtione *R.* humani generis *om. L.P.* ita *R. om. cet.* 24 ut *R.* et *cet.* 25 tribuit *B.* familias *L.* familiaritatis *P.*

consistat. Sic ergo fructus nobis seminum ministratur e terra, copiae piscium conferuntur e mari, avium catervae largiuntur ex aëre. His si tu utendo volueris abstinere, aut superbiae notaberis, quia donata repudias, aut invidiae, quod a meliore praestentur.

1 Si ergo *L.P.* ministrantur *R.* monstratur *B.* 2 efferuntur *B.* 3 caterva largiatur *L.* si tu utendo *R.* si tuendo *L.P.* si tu spernendo *B.* 5 quod a meliore *R.* quod a meliori *B.* quodam meliora *L.* quod dante meliora *P.* praestantur *L.* praestatur *R.*

Ed. Paulli. Giessae.

Al. Macedonis ad Aristotelem de mirabilibus Indiae. Paris 1520.

= ms. chart. bibl. Hamb.

EPISTOLA ALEXANDRI MACEDONIS AD ARISTOTELEM MAGISTRUM SUUM DE ITINERE SUO ET DE SITU INDIAE.

Semper memor tui etiam inter dubia bellorumque nostrorum pericula, carissime praeceptor ac secundum matrem meam sororesque meas acceptissime, et quoniam te deditum philosophiae noveram, scribendum tibi de regionibus Indiae ac de statu coeli innumerisque serpentium et hominum ferarumque generibus existimavi, ut aliquid per novarum rerum agnitionem studio et ingenio possit accedere. Quamquam in te consummata prudentia nullumque adiutorium expostulet ratio doctrinae, quae a te tuoque saeculo ac futuris temporibus conveniat, tamen, ut mea gesta cognosceres, quae diligis, et ne quid inusitatum haberes, ea quae in India vidi per summos labores ac pericula Macedonum, scribenda tibi putavi. Etenim sunt digna memoriae singula ac multis modis coacervata, quem ad modum inspexi; non credideram

L. = *Cod. Leid. Voss. Q. 20. membr. saec. IX.* *G.* = *Cod. Guelferbytanus Aug. 56, 16. membr. 8°. saec. X.* *B.* = *Cod. Paris. 8518. membr. 8°. saec. X vel XI.* *M.* = *Cod. Leid. Voss. Q. 29. membr. saec. X.* *ω.* = *consensus horum codicum L.G.B.M.* *V.* = *Cod. Vindobon. 150, olim Univ. 863. saec. XIII.* *C.* = *Cod. Paris. 17569. membr. 4°. saec. XII.* *P.* = *Cod. Paris. 4880. membr. fol. saec. XIII.* *H.* = *Cod. Leid. Nr. 20. membr. fol. saec. XII.* — 8 regionibus *H.* generibus *ω.* regionibus *corr. ex* generibus *G.* 12 consummata sit *V.* 15 inusitatum] invisitatum? 18 Etenim non *L.B.* memoria *V.*

cuiquam esse tot prodigia, nisi subiecta oculis [meis] ipse prius cuncta ponderavissem. Mira est terra, quantum aut bonarum rerum pariat aut malarum, contemplatrix et pariens publica figurarum ac fructuum, metallorumque atque animalium. Quae si omnia liceat intueri homini, vix suffectura tot varietatibus rerum ipsa crediderim nomina. Sed ego de his, quae primum cognovi, eloquar daturus operam, ne aut fabulae aut turpi mendacio dignus efficiar. Etiam naturam animi mei, cum fueris praeceptor, [non] ignoras, solere me terminum aequitatis custodire et parcius omnia, quam gesta sunt, loqui. Et nunc spero, [quod cognoscis nihil me tamquam captantem iactantemque gloriam militiae nostrae asserere. Quae utinam minus laboriosa nobis non tot rebus experimenta necesse esset cognoscere. Ago gratias Macedonum iuvenum virtuti et invicto exercitui nostro, qui in mea patientia perseveraverunt, ut rex regum appellarer. Quo tibi meo titulo misso laetari [te], carissime praeceptor, [si] dubito, delinquo, et a mea tuaque pietate aberro, nisi tibi, ut Olympiadi, matri meae, sororibusque meis de singulis regni mei commodis scribam; quae tibi et illis communia [esse] arbitrator, idque nisi feceris, [non] parum de nobis simpliciter iudicare videris.

Prioribus litteris significaveram tibi de solis lunaeque eclipsi et de constantia siderum aërisque indiciis, quae [omnia] non sine magna cura ordinata tibi misi, et has novas implicaturus historias omnia cartis

1 cuiquam *H.P.* cuique *ω.V.* 2 ipse prius cuncta ponderavissem *H.* vidissem prius cuncta pondera (portenta *V.*) *ω.V.* mira] mirandum *H.* 3 contemplatrix et pereatrix *V.* contemplatrix existat et pariens *H.* 8 fabulae *L.M.H.* 12 quam] quae *L.* 14 minus fuissent *H.* 15 rebus *ω.V.C.H. corr. in* rerum *G.* experimentata *L.B.C.* [ta *erasum in C.*]. experimenta *G.M.V.H.* quae utinam minus laboriosa nobis fuisset, ne tot rerum experimenta nobis necesse esset cognoscere *P.* 19 titulo *H.* stilo *cet.* laetari te *V.G.* te *om. cet.* 23 arbitrator *Schlee;* arbitror *Codd.* idque — videris *om. P.* non *delevi.*

commendabo. Quae [cum] legis, scito esse talia, quae cura[m] Alexandri tui complecti decuerunt.

Mense Maio rege Persarum Dario apud Gangem amnem superato acceptaque in dicionem omni eius regione ordinarios praeparatoresque nostros praeposuimus orientis provinciis multisque opibus ditati, [ut] in priori [tibi] epistola significaveram, — et [ne] sim multiplex, [nunc] priora facta iam [praecognita] praetereo — mense Iulio deficiente in Indiam Phasiacen pervenimus, ubi mira celeritate Poro rege devicto ingentibus divitiis regia gaza repleti sumus.

[Quaedam *addam* novi] quia memorabile [et] aequum visum [est] describere de inumerabili exercitu eius, in quo fuere praeter peditum copias quattuordecim milia [equitum], octingentae quadrigae, omnes falcatae, captis quadringentis elephantis, qui superpositas cum armatis iaculatoribusque turres gestaverant. Ipsam regiam urbem Pori domumque armis invasimus, in qua columnas aureas solidasque ingenti crassitudine atque altitudine cum suis capitellis admodum triginta enumeravimus, auratosque parietes laminarum digitalium crassitudine. Quos cum visere vellem, aliquibus

2 curam *scripsi.* cura *codd.* decuerunt] debuerunt *G.* 4 acceptaque in ditione omni eius regione *G.* in *con*dicionem *H.* ditione (*om.* in) *V.* acceptamque in dicione (indictione *L.*) omnem (omne *B.*) eius regionem *L.M.B.* 5 properatoresque *L.* proposuimus *L.H.* 6 multis *H.* 7 sim scribendo multiplex *H.* 10 potiti ingentibus *V.H.* 11 regiam gazam *L.* simus *L.* 12 addam *addidit Schlee.* quaedam novi, quia ω. quaedam nova quia *C.* quaedam autem, quae novi *V.* *om. P.* visumque est mihi aequum et memorabile describere *P.* repleti sumus. Sed ut cognoscas ea, quoniam mihi memoriā digna esse videbantur, quaedam enim novi, quae memorabilia fuerunt, aequum est visum mihi scribere *H.* 14 quattuordecim ω. XVI. *H.* 15 equitum *H.P.* *om. cet.* captis] exceptis *V.* *om. P.* 16 qui superpositas cum armatis iaculatoribus turres gestaverant *H.* qui superpositi cum armatis iaculatoribus (iaculatoribusque *L.B.*) qui turres gestaverant ω. qui superpositis iaculatoribus armatas turres gestabant *V.* 20 triginta] quadringentas *H.* 22 visere] estimare *H.*

locis intercidi. Vineam [quoque] solidam auro sarmentoque inter columnas pendentem miratus sum. In qua folia aurea fuerunt racemique crystallini, [qui] et lychnidibus erant interpositi distinguentibus smaragdis. Thalami quoque [atque] cubilia omnia margaritis, unionibus et carbunculis ornata erant; fores [quoque] eburneae miri candoris [fuerunt, et] ebenina lacunaria nitebant, et .. testudinibus cypresseis, quibus lavari [ut] in insigni loco et in balnearibus erant soliti. Aureae quoque solidae cum crateribus aureis statuae et innumeri thesauri. Foris [in] domus parietibus [avium] innumerabilia genera variis coloribus oberraverunt inter aureas platanos [unguibus rostrisque et] [in]auratis, [pro] inauribus torquibusque margaritas et uniones gerentia. Multa gemmea et crystallina, [quae] potaria [fuerunt] et sextariola, multa aurea invenimus et rara argentea.

Quibus in potestatem redactis interiorem Indiam perspicere cupiens cum universo Caspias portas perveneram exercitu. Ubi cum fertilissimarum regionum admirarer felicitatem, quaedam gaudio digna [cognoveram loca, quamquam praedixerunt incolae regionis eius, ne serpentes et rabida ferarum genera inciderem]us, quae plurima in illis vallibus et campis

1 intercidi] interscidi *Edit. Basil.* argentoque *H.* sarmentoque ω.*V.* 3 qui *V.C.* quae ω. 4 et *om. B.* lychnidibus *scripsi.* licnis *L.* lichnis *G.V.* lichinis *B.M.* cristallini ligis *H.* 6 exornata *H.* 7 fuerunt *om. H.* 8 in quibus *P.* 9 ut *C.* *om. cet.* 11 innumeri *V.H.* innumerae *L.G.M.C.* innumerabilia *B.* Fores *codd.* domus *B.M.C.P.* domos *L.* domo *G.* domum *V.* parietibus *P.* parietum *cet.* 12 avium *H.* (*sec. manu*). lapidum *C.* *om. cet.* Fores domus pariete //// innumerabilia *H.* (*corr. sec. manu*). oberraverant *L.B.V.* 13 aureas platanos *H.* aurea platanus *cet.* 15 cristallina electrinaque vasa potatoria *H.* 16 geportaria *L.* potalia *V.* 19 portas *om. L.G.M.* 21 quodam *H.* 22 praedixerant nobis *H.* 23 in serpentes *V.* incideremus *H.* incederemus *L.M.B.* inciderimus *alii.* 24 iis vallibus *H.*

silvisque ac montibus habitabant, nemorum [aut] saxorum latebris occultata. Sed ego, ut fugientem ex proelio [regem] Porum primum adsequerer, antequam in desertas orbis terrarum abiret solitudines, compendiosa quam tuta itinera magis eligere malui. Acceptis igitur centum quinquaginta ducibus, qui brevitates itinerum noverant, mense Augusto per ferventes sole harenas et egentia humoris loca profectus sum, pollicitus his praemia, qui nos periti regionum ducebant in ignota Indiae loca, si me incolumi cum exercitu in Bactriacen perduxissent penitus ad abditos Seres, quod genus [hominum] foliis arborum decerpendo lanuginem ex silvestri vellere vestes detexunt. Sed illi maiorem hosti quam mihi favorem accommodantes perficere pergebant, ut nos in exitiabilia serpentium et rabida beluarum ferarumque genera ignaros regionum inducerent, quod illos excogitasse ex ipsis, experimentis patebat. Tum ego cernens ex mea parte id accidisse, qui utilia consilia spreveram amicorum pariter et Caspiorum hominum, qui praedixerant [mihi], ne ita festinarem vincere, ne mihi nullo modo interveniente adimenda esset victoria, imperavi militibus [meis] omnibus, ut armis induti agmen sequerentur, praeterea cum auri ex rapina margaritarumque non parvam praedam veherent [et] timendum esset, ne occulto hostes sua ablaturi victoribus insidiarentur. Et sane miles ita locuples erat, ut vix ferre pondus auri posset. Accedebat quoque armorum non parva gravitas, quia omnes ego aureis laminis incluseram. Ita totum agmen in eo veluti sidere aut fulgore clarum radiantibus auro insignibus sequebantur cum signis et vexillis. Eratque inter varietates spectaculum in conspiciendo tali exercitu, quia ornatu pariter ac viribus inter veteres celeras gentes eminebat. Ego certe respiciens felicitatem meam insigni iuventutis numero immenso afficiebar gaudio. Sed ut aliquid plerumque in secundis rebus fortuna obstrepit, accidit nobis siti laborare. Quam cum iam vix sustineremus, miles Zephyrus inventam [mihi] in lapide concavo aquam galea pertulit; ipse sitiens, magis animae meae quam vitae suae consulebat. Quam [ego] [convocato exercitu palam effudi, ne me bibente sitire miles inciperet, conlaudataque erga me [Zephyri] benivolentia dignis eum muneribus ornavi. Quae res cum animae quiorem fecisset exercitum, [tum iam] coeptum iter instituit [peragere].

Nec mihi longe [post] in desertis locis flumen apparuit, cuius ripam pedum sexagenum arundo vestiebat, pinorum abietumque robora vincens [in] crassitudine; qua Indi materia ad conficienda aedificia [utebantur. Tum ego quoniam quadrupedia et exercitus sitiebant, iussi continuo castra [com]poni a metatoribus. Quae dum ponuntur ipse sitim levare cupiens amariorem elleboro fluminis aquam gustavi, quam neque homo bibere nec ullum pecorum haurire sine tormento posset.

1 aut saxorum] saxorumque *H.* 4 abiret *H.* habires *L.* abirem *cet.* compendiosa *H.* tam compendiosa *cet.* 10 in] per *H.* incolumem *G.C.* 11 penitusque remotas ad abditos seres quae gens *H.* 12 hominum *P. om. cet.* 15 efficere *H.* 16 ferarum beluarum *H.* ignotos *H.* 17 quae *H.* excogitasse *C.P.* cogitasse *cet.* 20 praedixerunt *ω.* 21 ut nullo dolo interveniente mihi adempta esset *H.* 24 praeterea quoniam *H.* praeterea qui *B.V.* 25 et *om. H.P.* occulto *L.B.V.* occulti *G.* occulte *C.P.H.* 27 locupletatus *H.*

× Bractiacem
×× praeter, dem corr.

1 omnes] omnia *H.* ego] arma sua *P.* ego clyppeis *V.* incluseram] incluserant *B.P.* induxeram *C.* 2 in eo] me *H.* 3 sequebatur *L.H.* 5 talem exercitum *H.* 12 galea aurea protulit *H.* 13 vocato *H.* 14 magis sitire *H.* 15 conlaudansque Zeveri erga me benivolentiam *H.* 16 honoravi *H.* 17 tunc acceptum *ω.* tum iam *om. H.* 18 peragere *C.P. om. cet.* 19 post *om. ω.H.* 20 ripam *ω.* ripas *cet.* 21 in *om. H.* grossitudine *H.V.* 22 ad constituenda *H.* 24 poni *L.H.* 25 componuntur *C.P.* relevare *C.P.* 27 pecus *C.P.* potuit *H.*

× Zephyrus (sic), nescio cur.

Angebar autem magis pro mutis animalibus quam pro nostra necessitate, durabiliorem hominem cunctis in rebus cognoscens quam pecudem. Quippe [mecum erant,] qui aurum vehebant, elephantes ingentis magnitudinis admodum mille, quadringentae quadrigae equorum, omnes falcatae, bigae mille ducentae, equitum turmae triginta milia, peditum [trecenta quinquaginta milia,] mulorum castrensium subarmalia [et] sarcinas militum [ad] vehendas circiter duo milia, camelorum dromedum et boum duo milia, [qui frumentum vehebant, [et] armentorum ad usum carnis cotidianae ingens numerus sequebatur. Ceterum in equis [et in] mulis et camelis et [in] elephantis aurea quoque frena luxus [non] parum nobis permiserat victoriarum. Sed tunc inasperata illa pecora vix se continere potuerunt. Milites quoque nunc ferramenta lambiendo, nunc oleum gustando diram [sic] aliquo modo differre sitim conabantur. Vidimus etiam plerosque pudore amisso suam ipsam urinam vexatos ultimis necessitatibus haurientes. Quae res me dupliciter torsit. Primo de statu exercitus magis quam de proprio [meo] sollicitus periculo... Iussi tamen ut armati sequerentur agmen, legem [que] [in]dixi me in eum arma versurum, qui non legitimis indutus insignibus [in acie] deprehensus esset. Quod ipsi quoque mirabantur, quod ita ubi nullus appareret hostis, necesse esset in tanta siti armatos ingredi. Sed ego sciebam per bestiosa serpentiosaque loca

3 recognoscens *H.* mecum erant *om. H.* 4 elephanti *H.* 6 bigae vero *H.* 7 turmae XX milia, peditum ducenta quinquaginta duo milia, sub armis mulorum castrensium *H.* 10 dromorum *L.* dromedariorum *V.* dromedumque *H.* quae *H.* frumenta *L.H.P.* 14 parvum *L.* victoria *V.* victoriā *B.M.* 15 inspectata aqua ipsa pecora — poterant *V.* 16 lambendo *H.* 17 sic *om. H.* 21 sollicitus fui *H.* 22 legem *H.* 23 arma versurum *ω.* animadversurum *V.H.* 24 insignibus armis *C.P.* insignibusque armis *H.* 26 incedi *L.* incedere *P.*

nobis iter esse, ac ne imprudentes circumveniremur et ne inopinato periculo verberaremur, ideo haec imperavi.

Ripam igitur fluminis sequentes circiter horam diei octavam nona ad oppidum pervenimus, quod in medio amne in insula ex his arundinibus, quas paulo ante descripsimus, erat aedificatum. Tum paucos Indorum seminudos notavimus homines, qui visis nobis continuo intra tectorum suorum culmina delituerunt. Quorum ego praesentiam desiderans, ut dulcem ignaris [nobis] aquam demonstrarent, apparente nullo paucas iaci in civitatem sagittas imperavi, ut si voluntate sua nollent [ex ea] procedere, metu belli coacti exhiberentur. Quanto magis cuncti propter timorem abditi; diu nemine apparente ducentos milites ex Macedonibus levibus armis misi per amnem nataturos. Iamque quartam partem fluminis [e]nataverant, cum horrida res visu nobis subito conspecta est. Maiores elephantorum corporibus hippopotami inter profundos aquarum [emersi apparuerunt gurgites raptosque in verticem crudeli poena viros flentibus nobis absumpserunt. Iratus tum ego ducibus, qui nos [in] insidias perduxerant, iubeo ex centum quinquaginta [centum] in flumen mitti. Quibus propulsis natantibusque invicti rursus hippopotami dignā iusta [que] poena [eos] affecere, sed maior decemplicato numerus beluarum quam prius

1 iter esse, ne opposito periculo frangeremur ac ne imprudentes circumveniremur nec . . feriremur *H.* 2 ideo — imperavi *om. ω.H.V.* 4 circiter *C.P.* cum *ω.* ad horam diei octavam *H.* 7 Tum paucos] paucosque *H.* 10 videre desiderans *H.* nobis *om. H.* 11 iaci *G.* ieci *L.B.M.C.P.* eici *V.* deici *H.* 13 ex ea *C.* eam *B.M. om. L.G.V.H.* producere. coacti *H.* 14 quanto *ω.V.* tunc tanto *C.P.* tanto *H.* 17 nataverant *H.* cum] tunc *H.* horrida *P.* humida *ω.C.* timida *V.* horrenda *H.* 18 visu *Ed. Basil.* visa *ω.V.C. in H. erasum. om. P.* 23 deduxerant *H.* ex his DC in flumen *H.* 24 invicti] praedicti *P.* 25 dignos iusta *H.* eos *P. om. cet.* 26 sed] si quidem *C.P.* explicatus *H.*

affuit. Ad spem subinde contingendi cibi cum apparerent, veluti formicae sub flumen efferbuere. Et ne qua noctu cum aquarum prodigiis bella gereremus, iussi tubicinio ad iter milites aptari. Quid enim manere in tali sitientibus nobis proderat loco?

Igitur ab hora diei decima cum ad undecimam horam iter fecissemus, vidimus homines per medium amnem factis arundinibus istis rotundis praetervehi naviculis. Quos cum dulcem aquam percunctaremur sua lingua ubi inveniri posset, dixerunt se ingens nobis dulcissimae aquae stagnum inventuros, quo et ipsi nos quinquaginta itinerum duces erant deducturi. Et quoniam facta sunt nobis tot instantia perpeti mala, nocte tota ambulavimus siti et armorum onere conflicti. Quibus necessitatibus illa quoque adiciebantur incommoda, quod tota nocte incursantibus leonibus ursisque et tigridibus, pardis ac lyncibus pariter resistebamus; quae genera ferarum promiscua nobis in silvis occurrebant. Tandem ad horam circiter octavam posterā die, cum iam fere siti defecissemus, ad praedictum nobis stagnum pervenimus, quod erat circumdatum vetustissima abundantique silva, mille tantum passus patens. Tunc ego potata aqua gaudio alacer pecora et impedimenta cum exercitu refeci. Mox cum lassa quadrupedia militum refecissem otio,

1 subinde] inde *H.* contingendi] contingentes *ω. corr. in* contingentis *G.* cum — efferbuere *om. P.* Quae cum *C.* ubi cum *H.* 2 formicae sub *scripsi;* formicibus *ω. V. C. P.* formice *H.* flumen *ω. V.* in flumine *C. P. om. H.* cepit effervere *V.* 3 ne qua *H.* nequaquam *ω.* quamquam *C. P.* cum *om. H.* 4 tubicino *vel* tibicino *ω. C. P.* signo bucinae *H.* 5 nobis *om. H.* 6 usque ad undecimam cum *H.* 8 ex arundine *H.* 9 dulcem aquam *G.* dulce aqua *L.* dulces aquas *M. H.* dulcis aqua *C.* dulcis aquae *B.* dulcis aquae causa *V.* 10 ingens nos stagnum dulcissimae aquae inventuros *H. P.* 15 conflicti *ω.* confecti *H.* afflicti *C. P.* 21 circumdatum] coronatum vetustissima circumdatumque habundanti silva *H.* 22 tantum] tamen *H.* 23 Tunc *C. P.* Tum *V.* Cum *ω.* Cum ergo ego *H.* dulci aqua *H.* 24 refeci. Mox cum] pariter et *H.* 25 otio] metiri *H.*

castra in longum viginti quinque stadia totidemque in latum collocare iussi. Quibus celeriter erectis iubeo caedi nemus, ut facilior aquatoribus esset accessus ad stagnum, quod unicum in illis regionibus erat. Igitur inter ipsa tentoria aggregabantur impedimenta et elephanti et in media castrorum parte collocabantur, ut aptius contineri possent, si quis nocturno tempore oriretur pavor tumultusque aliquis novus. Cum mille quingenti ignes extrinsecus essent accensi, sufficiente silva quantum vellemus.

Hora deinde undecima testante bucina cibum ipse cepi et militibus meis capere imperavi, accensis lychnis aureis admodum duodecim milibus; cum ad primos lunae radiantes ortus subito erectis caudarum aculeis a pascualibus Indici scorpiones consuetam petentes aquationem ad castra innumeri confluxerunt, utrum tumultu acciti nostro an siti, incertum erat, ac si ad nocendum promptissima sunt. Haec prodigia insecuta est immensa vis cerastarum humidorumque serpentium variis distincta coloribus. Nam quaedam rubentibus squamis erant, quaedam nigri et candidi coloris, quaedam auri fulgori consimiles inspiciebantur. Sibilabat tota regio non parvum nobis inferentes metum. Sed frontem castrorum densaveram clipeis et in manibus longas habebamus hastas, quarum acutissimis spiculis malas pestes configebamus, et ignibus plures aliquando necabamus. Quae res nos prope duas horas in eo opere sollicitos tenuit. Potata aqua minores abire coeperunt, serpentes autem maiores cum ingenti nostro gaudio latebras petierunt.

1 viginti quinque] XXII *H.* 2 collocari *H.* 3 ad stagnum quod] ad flumen quia *H.* 5 aggerebantur *H.* 7 nocturnus casus *H.* 8 cum iam *H.* 11 et ipse *H.* 12 lychnis] lampadibus *H.* 13 duodecim] duobus *H.* 15 indici *G.* indicis *L. V. M. H.* indices *C. P.* 16 utrum *om. H.* 17 ac si *ω. V.* aut si *C. P.* sed *H.* 18 promptissimi erant *H.* 22 fulgori *G. M. H.* fulgoris *C. P.* colore *L.* 24 densabamus *H.*

affuit. Ad spem subinde contingendi cibi, cum apparerent, veluti formicae sub flumen efferbuere. Et ne qua noctu cum aquarum prodigiis bella gereremus, iussi tubicinio ad iter milites aptari. Quid enim manere in tali sitientibus nobis proderat loco?

Igitur ab hora diei decima cum ad undecimam horam iter fecissemus, vidimus homines per medium amnem factis arundinibus istis rotundis praetervehi naviculis. Quos cum dulcem aquam percunctaremur sua lingua ubi inveniri posset, dixerunt se ingens nobis dulcissimae aquae stagnum inventuros, quo et ipsi nos quinquaginta itinerum duces erant deducturi. Et quoniam facta sunt nobis tot instantia perpeti mala, nocte tota ambulavimus siti et armorum onere conflicti. Quibus necessitatibus illa quoque adiciebantur incommoda, quod tota nocte incursantibus leonibus ursisque et tigridibus, pardis ac lyncibus pariter resistebamus; quae genera ferarum promiscua nobis in silvis occurrebant. Tandem ad horam circiter octavam posterā die, cum iam fere siti defecissemus, ad praedictum nobis stagnum pervenimus, quod erat circumdatum vetustissima abundantique silva, mille tantum passus patens. Tunc ego potata aqua gaudio alacer pecora et impedimenta cum exercitu refeci. Mox cum lassa quadrupedia militum refecissem otio,

1 subinde] inde *H.* contingendi] contingentes *ω. corr. in* contingentis *G.* cum — efferbuere *om. P.* Quae cum *C.* ubi cum *H.* 2 formicae sub *scripsi;* formicibus *ω. V. C. P.* formice *H.* flumen *ω. V.* in flumine *C. P. om. H.* cepit effervere *V.* 3 ne qua *H.* nequaquam *ω.* quamquam *C. P.* cum *om. H.* 4 tubicino *vel* tibicino *ω. C. P.* signo bucinae *H.* 5 nobis *om. H.* 6 usque ad undecimam cum *H.* 8 ex arundine *H.* 9 dulcem aquam *G.* dulce aqua *L.* dulces aquas *M. H.* dulcis aqua *C.* dulcis aquae *B.* dulcis aquae causa *V.* 10 ingens nos stagnum dulcissimae aquae inventuros *H. P.* 15 conflicti *ω.* confecti *H.* afflicti *C. P.* 21 circumdatum] coronatum vetustissima circumdatumque habundanti silva *H.* 22 tantum] tamen *H.* 23 Tunc *C. P.* Tum *V.* Cum *ω.* Cum ergo ego *H.* dulci aqua *H.* 24 refeci. Mox cum] pariter et *H.* 25 otio] metiri *H.*

castra in longum viginti quinque stadia totidemque in latum collocare iussi. Quibus celeriter erectis iubeo caedi nemus, ut facilior aquatoribus esset accessus ad stagnum, quod unicum in illis regionibus erat. Igitur inter ipsa tentoria aggregabantur impedimenta et elephanti et in media castrorum parte collocabantur, ut aptius contineri possent, si quis nocturno tempore oriretur pavor tumultusque aliquis novus, cum iam mille quingenti ignes extrinsecus essent accensi, sufficiente silva quantum vellemus.

Hora deinde undecima testante bucina cibum et ipse cepi et militibus meis capere imperavi, accensis lychnis aureis admodum duodecim milibus; cum ad primos lunae radiantes ortus subito erectis caudarum aculeis a pascualibus Indici scorpiones consuetam petentes aquationem ad castra innumeri confluxerunt, utrum tumultu acciti nostro an siti, incertum erat, ac si ad nocendum promptissima sunt. Haec prodigia insecuta est immensa vis cerastarum humidorumque serpentium variis distincta coloribus. Nam quaedam rubentibus squamis erant, quaedam nigri et candidi coloris, quaedam auri fulgori consimiles inspiciebantur. Sibilabat tota regio non parvum nobis inferentes metum. Sed frontem castrorum densaveram clipeis et in manibus longas habebamus hastas, quarum acutissimis spiculis malas pestes configebamus, et ignibus plures aliquando necabamus. Quae res nos prope duas horas in eo opere sollicitos tenuit. Potata aqua minores abire coeperunt, serpentes autem maiores cum ingenti nostro gaudio latebras petierunt.

1 viginti quinque] XXII *H.* 2 collocari *H.* 3 ad stagnum quod] ad flumen quia *H.* 5 aggerebantur *H.* 7 nocturnus casus *H.* 8 cum iam *H.* 11 et ipse *H.* 12 lychnis] lampadibus *H.* 13 duodecim] duobus *H.* 15 indici *G.* indicis *L. V. M. H.* indices *C. P.* 16 utrum *om. H.* 17 ac si *ω. V.* aut si *C. P.* sed *H.* 18 promptissimi erant *H.* 22 fulgori *G. M. H.* fulgoris *C. P.* colore *L.* 24 densabamus *H.*

Tum ad horam noctis tertiam aliquam nobis sperantibus requiem binorum ternorumque capitum cristati serpentes Indici [venerunt] columnarum crassitudine [consimiles], aliquanto proceriores; ad potandam aquam ex vicinis montium speluncis processere oribus squamisque suis humum atterentes, quorum pectora erecta, [et] cum trisulcis linguis fauces exsertabant, scintillantibus oculis veneno, quorum halitus quoque erat pestifer. Cum his hora amplius una debellati sumus, amissisque triginta servis et viginti militibus. Orabamque Macedones, ne adversis casibus cederent neve deficerent animo, quamquam et ipsorum esset dura patientia. Omnes se officiebant operi. Post [discessum autem] serpentium cancri immodicae multitudinis [venerunt] crocodillorum pellibus contecti ad castra. Quae prodigia duritia thoracae ferrum respuebant. Multa ignibus usta, [multa] se in stagnum receperunt.

Iam nos vigiliis inquietos quinta noctis hora bucina monebat [ad] quiescendum. Sed affuere albi leones taurorum comparandi corporibus, [qui] cum ingenti murmure, concussis cervicibus, stantibus alte iubis in modum fulminum in nos impetum faciunt, exceptique ruunt venabulis. Tantus repentinus oriebatur tumultus cumulante caeca nocte. Nec minus apri ingentis formae acutis [dentibus], veluti vallo horrentibus metuendi, mixti maculosis lyncibus tigridibusque et horribilibus pantheris miscebantur proelia, nulla iam peste

1 Tum *V.* Cum *cet.* 2 sperantibus habere *C.H.P.* 3 venerunt *om. H.* 4 ad potandum *L.B.G.* 7 et *om. H.V.* exerebant *H.* scintillantibusque *H.* 9 non amplius *H.* debellavimus *H.* 12 animo *om. H.* dura est *H.* 13 omnes — operi] quippe qui talem sustinuere laborem *V.* officiebant] afficiebant *H.* offerebant *P.* post serpentes cancri *H.* 16 thoracae] thoracis *C.P.* corii *V.* 17 multa—receperunt *om. H.* 20 corporibus] magnitudinibus *H.* qui *om. ω.* 21 stantibus *V.H.* stantes *cet.* 25 acutis dentibus *scripsi.* iactis dentibus *C.* dentibus *om. cet.* ictis *L.G.M.* ictus *B.* ictibus *V.* 27 miscebant *H.* miscebantur *cet.* nulli iam peste comparanda *H.*

[se] comparante. Sed et vespertilionum [vis] ingens columbis corpore aequales in ora vultusque nostros inferebantur. Habebant [autem] dentes in morem hominum, quibus artus militum violabant.

Una praeterea novi generis bestia maior elephante comparuit tribus armata in fronte cornibus, quam Indi appellare odontatyrannum soliti sunt, equo simile caput gerentem: atri coloris. Nec potata aqua intuens castra subito impetum in nos dedit, nec ignis oppositis tardatur ardoribus. Ad quam sustinendam cum opposuissem Macedonum manum triginta sex occidit: [et] quinquaginta tres calcatos inutiles fecit: vixque ipsam defixam venabulis occidimus.

Ante lucanum deinde tempus de coelo pestes venere candido respersi colore in modum zonarum. Cum quibus mures Indici in castra pergebant, vulpibus similes. Quorum morsu vulnerata quadrupedia statim exspirabant, hominibus autem morsus non usque ad interitum nocebant.

Appropinquante luce nocticoraces. venere aves vulturibus similes, [quorum] corpora [in magnitudine] superabant, colore [divini,] fulvo rostro pedibusque nigris. Totam stagni complevere ripam non nobis perniciem inferentes, sed solitos pisces cum ungulis detrahebant consumebantque. Quas nos aves neque fu-

1 columbinis corporibus *H.* 3 Habebant autem] habentes *H.V.* 6 comparuit] affuit *H.* 8 gerens *H.V.* Nec] hec *H.V.P.* intuens sed castra *ω.* *in V. ante* castra *rasura.* 9 oppositi *V.* ignium compositis *H.* 10 odoribus *ω.* 12 quinquaginta tres] duos et L *H.* 13 defixam] confossam *C.* vixque ipsa defixa est venabulis *H.* 14 de coelo pestes] quaedam animalia celopestes *H.* 15 respersi *C.P.* versi *ω.H.* (versae *V.*). zonarum] ranarum *H.* 17 animalia quadrupedia *H.* 18 autem] idem *H.* morsus eorum *C.* 21 quorum *Ed. Basil.* quae *C. om. cet.* corpora in magnitudine *ω.* corpore et magnitudine *V.* corporum magnitudine *C.* corporum immanitate *H.* 22 divini *om. L.C.* divo *V.* lividi *Steig.* 24 ferentes *ω.H.* solitos] sollicitos *L.* cum ungulis detrahebant *om. H.* 25 fugere *ω.* fugare *C.H.* neque fu-

gere neque abigere ausi fueramus, [cum siccatis unguibus] de conspectu nostro abiere. Tunc ego locorum demonstratores, qui nos semper in insidias deducebant, pessime meritos crurifragio puniri iussi, ut nocte vivi spirantesque a serpentibus consumerentur, ut nos consumi voluerant. Manus quoque eis confringi imperavi, ut merita pro factis suis luerent supplicia.

Habita deinde contione, ut fortes essent milites: neve adversis ut feminae casibus afficerentur, castra concentu bucinae [repente iussi proficisci] ad Nothi venti spiracula tendens. Ubi collectis barbarorum Indorumque viribus [*hostes*] nova conspirantes bella cognovimus. [Et] militibus [quidem] meis ingentes erant animi, quibus et census [et] victoria suppeditabat et felicitas. Relictis ergo periculosis [invisisque] locis montium vix tandem iter calcavimus. et in loca Bactrianorum auro divitiisque opulenta pervenimus. Benigniusque accepti [a] commeantibus, cum Persarum [confinia] adiacerent agri, in praeparando bello castra [per] dies [triginta] statui: otio facto. Mox dierum septem itinere [confecto] pervenimus [eo] ubi Porus cum collecto consederat exercitu, [magis] propria deditione quam proelio. Nam et commeatus [nobis palam non] ut hostis dedit potestatem: cupiensque me nosse [[et]]

gare *om. V.* neque abigere *om. H.* 1 cum] cunctae vero *H.* tum *V.* 2 abiere *G.H.V.P.* abigere *L.* abicere *C.M.* 5 consumere *H.* 6 voluerunt *L.G.M.H.* 7 luerent *C.* uterentur *ω.H.* haberent *V.* 9 afficerentur] deficerent *H.* 10 bucinarum *H.* iussi proficisci *om. ω.V.H.* 11 tendens] tetendi *H.* 12 hostes *addidi.* a collectis — viris nova conspirari bella cognoveram *H.* 13 quidem *om. ω.V.H.* 14 census victoriarum *H.* 15 ergo *om. ω.H.V.* periculosissimis locis *H.* 16 montium] munitum *H.* et *G.H.* ut *cet.* 18 accepti *ω.* excepti *C.H.* comeantibus *C.H.* comitibus *ω.V.* 19 confines *M.C.* iacerent *L.B.C.* praeparando *C.* reparando *L.G.V.H.* creperando *B.* crepando *M.* 20 triginta] XX *H.* septem] quatuor *H.* 21 confecto *om. ω.H.* eo *om. ω.H.* 23 proelio studens *V.* propriae deditioni magis quam proelio se commissurus *H.* 24 cupidusque *C.H.* et *om. Edit. Basil.*

milites meos subinde commeantes interrogabat, ubi ego essem et quid agerem. Qui cum incerta responderent, ipse auditis eius interrogationibus:— omnia enim mihi regi magno Macedonum: [referebant] — sumpto habitu militari depositoque cultu meo [solito] perveni in castellum [eius, ut quiddam] vini et carnis emptorus. Casuque Porus sciscitans me interrogavit, quid faceret Alexander: aut cuius esset aetatis. Quem ludens mendacio temporis, 'Tamquam homo senior,' inquam, 'dux noster in tabernaculo [suo] se accenso ignis calore [calefa] reficit.' Tum ille gaudio alacer, quia cum decrepito sene esset proelium commissurus, cum esset ipse iuvenis elatus tumore, '[ut] quid ergo,' inquit, 'non respicit aetatem suam?' Respondit [ei] uno id [proposito] ignorare me, quid faceret Alexander, cum essem gregarius ex Macedonico exercitu miles. [Cum haec audisset,] tradidit mihi minis plenam epistolam, quam si regi Alexandro darem, pollicitus est praemium. : Cui iurans dixi futurum, ut in manus eius hae litterae pervenirent. Reversusque [protinus] in castra, et antequam legerem epistolam et postquam legi, magno risu sum dissolutus. Cuius tibi et matri meae sororibusque meis superbiam inclinatamque barbari temeritatem miraturis exempla misi.

1 commeantes *C.H.* comitantes *ω.V.* 2 et *om. ω.* quidve *H.* 4 ferebant *ω.* referebantur *H.* 5 positoque *H.* cultu *om. ω.V.* 6 castra eius *C.H.* castellum *ω.* ut] quasi *C.* *om. V.* ut vini et carnis quidam emptor *H.* 9 deludens *C.* 11 igne calefacit *C.* calefacat *H.* 13 ut quid *C.* ut *om. cet.* *cf. Wölfflin Arch. IV. p. 617.* 16 Cum—audisset *om. ω.V.H.* 18 si *om. ω.V.H.* est *om. L.* 19 iuratus *H.* 23 inclytamque *V.* 24 miraturis *Edit. Basil.* mirari *Codd.* ut superbiam — mirareris *H.* Epistola Pori ad Alexandrum: Rex Indiae Porus Alexandro. Miratur prudentia nostra, quod Perside calcata Porum Alexander iuvenes (!) senex et regii (*l.* regem) Indiae omnibus divitiis opulentum armis munitum nimis populosum inter alia mundi regna nominatissimum tam parva manu pertinaci temeritate aggredi ausus sis. Sed nec Darium nobis nec Persas Indis ulla ratione aequiperandos credideris. Et quoniam de

Mox contuli [cum Indis manum] superatisque his, uti volebam, erepta armis Poro regna restitui. Qui, ut ei superato honor datus est; mihi thesauros suos manifestavit, quos esse ignorabam, ex quibus me et comites meos et universum exercitum ditavit factusque [est] amicus ex hoste Macedonibus. [Ast et] ad Herculis Liberique trophaea [me] deduxit in orientis ultimis oris; [aurea] utraque deorum constituerat simulacra. Quae an solida essent, [ego] scire cupiens [omnia iussi] perforari, et id ipsum cum vidissem solida esse, simili metallo complevi et Herculem Liberumque deiectis [simulacris] victimis complacavi.

Ultra deinde progressuris, si quod memorabile cerneremus, nihil praeter desertas in oceano silvas camposque ac montes [inhabitabiles] elephantis et serpentibus [plenos] esse dicebatur. Pergebam tamen ad mare, [ut] si possem [vel] orbem terrarum circumfluum] navigare [oceanum.] Quem quoniam tenebrosum vadosumque mihi locorum incolae affirmabant [et] quod Herculi et Liberó [ultra visum non] esset [accedere,] praestantissimis diis, tanto maiorem me ipsis videri dicebant,

militibus bellorum periculis innumeros amisisti, datur a nobis licentia revertendi aut residuis qui tecum sunt, ut maxime aetati tuae parcas, quae vix sufficit tibi, si Macedoniam redire disponas, aut deditionem tuam nobis offeras, ne capitis tui dampnum incurras *H. in imo margine.* 3 ei superato honor datus *ω.V.* ei insuperatus *etc. H.* insperato (*corr. ex* insuperato *C.*) honori donatus *C.P.* 6 que est *om. ω.* est *om. H.* 6 Ast *om. ω.V.H.* ad *om. ω.V.H.* 7 me deduxit *om. ω.H.* in orientis autem *H.* 10 iussi *om. H.* id ipsum *ω.V.H.* rursum *C.* 12 deiectis *Codd.* deustis *Edit. Basil.* simulacris *om. H.* complacui *L.B.M.P.* 13 progressuris] progressuri *Codd.* si *om. ω.* 15 montes quos inhabitare elephanti et serpentes dicebantur *C.* montes audivimus, in quibus esse elephanti *etc. H.* habitabiles *G.M.* 16 plenos *V. om. cet.* dicebant *G.V.* 17 ut] volens *H.* vel *om. H.* orbi *V.H.* navigarem *C.* 19 quo *C.P.* 20 Libero *V.* Liberum *C.P.* Liberi *cet.* praestantissimis diis *L.V.* praestantissimos deos *cet.* 21 posse videri *C.* quodque Herculis et Liberi ultra ausus ne-

quanto patientiam [im]mortalium [et] sacra praeterirem vestigia. Quibus honoratis collaudatisque sinistram partem Indiae perscrutari institui, ne quid mihi in ignotis [locis] subtraheretur, Poro non detrahente, ne abdita viderétur tegere regni sui bona.

Palus erat sicca et canna abundans. Per quam dum transitum temptaremus, belua novi generis prosilivit, quae serrato tergo [alterum caput habuit] simile hippopotamo, pectora crocodilli [gerens,] alterum [elephanti] simillimum duris munitum [caput] dentibus, quae duos milites repentino occidit [uno] ictu. Quam ferreis vix umquam comminuimus malleis, quam hastis non valebamus transfigere.

Admirati satis diuque novitatem pervenimus [de]inde ad silvas Indorum ultimas. Ubi dum castra per quinquaginta in longum stadia et [in] latum per viginti locassemus, iuxta amnem Buebar coeperamus velle [soporari] sub pura nocte hora diei undecima, cum subito pabulatores lignatoresque exanimati omnes advenerunt, simul nuntiantes, ut celerius arma caperemus; venire

mini esset temptandus praestantissimorumque deorum tanto maiorem me ipsis velle videri, quam in patientia mortalium sacra praeterire vestigia *H.* 3 in *B.G.M.* in *om. cet.* 4 detrahente *ω.* detrectante *C.H.* ne qua abdita celare videretur *H.* 6 Palus erat sicca *cit. in Gramm. Lat. ed. Keil. V. pag. 586.* 7 cum transire temptaremus *H.* prosilivit *ω.* prosiluit *C.H.* 8 serrato *C.* serato *L.* se irato *B.M.* ferrato *G.V.H. post* 'tergo' *inserit H.:* 'duo capita habens.' alterum] unum *H.* habuit *V.* lunae *ω.C.* leaenae *H.* simile *V.H.* similis *cet.* 9 pectora *V.M.G.* pectus *L.* pectore *cet.* elephanti *V. om. cet.* 10 quae *C.* quod *ω.* quod caput *H.* 11 duos] centum et duos *C.* uno *L.B.G. om. cet.* 14 diuque *ω. om. C.P.* Admirati autem sumus diu novitatem eius *H.* 15 dum] cum *H.* 16 in latum per viginti locassemus *C.P.* latum fere collocavimus *cet.* 17 Buebar *ω.C.* Buemar *H.* Bylebar *P.* soporari *ω.* operari *V.* epulari *C.* 18 pura *om. C.* 19 pabulatores] pervolatores *C.* exanimati *C.* et animantia *ω.* et animantium custodes *V.* exanimes *H.* advenerunt *C. om. cet.* 20 nuntiantes] advenientes nuntiabant *H.*

e silvis elephantorum immensos greges ad expugnanda castra. Imperavi ergo Thessalicis equitibus, ut ascenderent equos: secumque tollerent sues, quorum grunnitus timere bestias noveram; et occurrere quam primum elephantis: iussi. Deinde alios cum hastis armatosque sequi equites: et tubicines omnes in prima adesse acie et equis insidentes praecedere; pedites omnes remanere in castris iussi. Ipse cum Poro rege et equitatu praecedens vidi examina bestiarum erectis in nos promuscidibus tendentia. Quorum terga et nigra et candida et rubri coloris et varia quaedam erant. Hos Porus capabiles mihi in usum bellorum affirmabat; facillimeque averti posse, si ab equitibus verberari sues non desisterent. [Qui nihilominus . . .]; nec mora trepidantes elephanti conversi tam plures, quam pugnae priores, saltus petiere; cessere bucinis hominum et grunnionibus suum attoniti. Quorum equites caedendo poplites admodum nongentos congregatos octoginta occidimus, detractisque cornibus seu dentibus insignibus onustus praeda in castra perveni. Iussi tunc pluteis et lorica vallum praecingi, ne quid iniuriae nobis elephantorum violentia aliarumque ferarum adferret. [Quo peracto] quieta nox fuit et usque ad lucem omnes somno refecti fuimus.

2 castra cucurrerunt *V.* Tesalescis *B.M.V.* 5 armatosque *ω.* armatos *V.H.* armatis *C.* 7 et *V. om. cet.* equos *B.G.M.* 8 praecedens *ω.V.* procedens *C.H.* 12 usus *C.* 13 facillimeque *L.* facileque *cet.* verberari *V.H.* verberati *cet.* 14 qui nihilominus *ω.* quod nihilominus fiebat *C.* Qui mox sues fortiter cedebant *V.* qui nihilominus fugiebant *H* 15 conversi sunt. Quam plures quam pugna *H.* conversique quam plures, qui pugnae fuerant priores, saltus petere cepere bucinis *C.* 16 saltu specie recessere *M.* cessere quidem *V.* 18 nongentis congregatis *C. om. H.* nongentos *om. V.* 21 pluteis *G.* plumis *L.M.B.* plurimis *V.* pueris *C.* clipeis *H.* lorica *ω.H.* loricis *C.* 22 nobis] noctis *H.* 23 quo peracto *C. om. cet.* 24 et *C. om. cet.* fuimus *C.* sumus *P. om. cet.*

Primo deinde aurorae diluculo in alias Indiae profecti sumus regiones. Nam in campo patenti mulieres virosque pilosos in modum ferarum toto corpore vidimus, pedum altiores octo, sine veste nudos. Hos Indi Ichthyophagos appellant. Hi magis assueti fluminibus nec non stagno quam terris erant, crudo pisce tantummodo et aquarum haustu viventes. Quos cum videre vellemus, vicinis Ebimaridis fluminis vivi se immersere verticibus. Cynocephalis ingentibus deinde plena invenimus nemora, qui nos adlacessere temptabant. et ad ictum sagittarum fugiebant. Iam deserta intrantibus nobis loca nihil dignum spectaculo ab Indis ultra superesse referebatur.

Igitur aditurus Phasiacen, unde veneram, signa converti imperavi, ut ex eo loco duodecim miliarium castra vicina aquationi poneremus. Aeque cuncta erecta tentoria erant largique ignes accensi, cum repente Euri venti tanta vis flantis exorta est, ut omnia tabernacula principiaque nostra conturbaverit everteritque maiorem in modum stupentibus nobis. Quadrupedia multo vehementius vexabantur exitiique scintillis et titionibus in terga venientibus adurebantur. Tum hortor milites, quia aequinoctiali tempore . . . id accidisset non deorum ira, quod octobrio mense

2 sumus *om. ω.H.* 4 pedum] pedes *L.* pedibus *V.* octo] novenum *C.* IX *H.* 5 Ichthyophagos *scripsi;* ictifanos *L.M.* ictifangos *G.* istifanos *B.* indici fannos *V.* fanos *C.* faunos *P.H.* Hi *om. ω.* magis *om. H.* fluminibus aquae *C.* 6 nec non et *C.H.* 8 videre] adire *H.* vicini *etc.*] vicinius marini fluminis *H.* vivi *om. H.* 9 verticibus] voraginibus *C.* deinde loca plena *H.* 12 exspectaculo *L.B.M.* 15 ex *ω.V.H.* ab *C.* duodecim *ω.* ad quindecim *C.* ad duodecimum miliarium *H.* 16 aeque iam *C.* et iam *V.* 17 erecta *om. L.* 19 evertitque *ω.* everteretque *V.* 21 exitiique — adurebantur *om. C.* exitiique *L.G.* excituque *B.M.* multumque *V.* exituque scintillarum et titionum in terga venientium *H.* 23 quia] qui *L.* quod *V.* 24 accidisset *C.H.* iram *L.* quod octobrio mense *C.P.* octimbrio mense quod *ω.* octobri *V.H.*

[in hieme, non in aestate] autumnoque urgueret. Vix tandem recollectis sarcinis ex integro in apriciori valle sedem castrorum inveni ordinatisque rebus omnibus cenare militem iussi. Nam et flatus Euri ceciderat et frigus ingens vespertino tempore accrescebat. Cadere mox in modum vellerum immensae coeperunt nives. Quarum aggeratione metuens ne castra cumularentur, calcare militem [nivem] iubebam, ut quam primum iniuria pedum tabesceret, proderentur ignes aliquatenus, qui nive paene erant exstincti. Una tamen res saluti fuit, quod momento temporis hae nives dilapsae sunt imbre veniente largo. Quem protinus atra nubes subsecuta est, visaeque nubes ardentes de coelo tamquam faces decidere, [ita] ut incensu earum totus campus arderet. Verebantur [autem] dicere, ne deorum ira premeret, quod homo Herculis Liberique vestigia transgredi conatus essem. Iussi [tamen] milites scissas vestes opponere ignibus. Nox serena continuo reddita est nobis orantibus. Tum ignes ex integro accenduntur et ab securis epulae capiuntur, et triduo continuo sine sole claro [id] nobis accidit pendente minaci nubilo.

Et ego sepultis admodum quingentis militibus, qui inter nives perierant, castra inde motari imperavi. Nam [et] edita coelo promuntoria et oceanum in Aethiopia vidimus, et Nysaeos quoque [vidimus] montes

1 in hieme] hieme *L.* non hieme *V.* in aestate] aestate *L.* urgueri *ω.* 2 apriciore *H.* 4 ceciderat *C.* accederat *L.M.B.* accesserat *G.* acciderat *V.* deciderat *H.* 7 aggeratione *Ed. Basil.* aggerationem *Codd.* 9 proderentur *ω.* proderentur et *H.* prodirentque *C.* 14 incensu *ω.V.* in accensu *C.P.* incendio *H.* 15 autem *om. ω.H.* ne deorum *G.M.V.H.* neu deorum *L.B.* neu a deorum premerer ira *C.* 16 homo *om. ω.V.* ego homo *H.* 17 tamen *om. ω.* igitur *H.* 20 securis nobis *H.* 21 per triduum *C.* 23 Et *ω.H.* at *C.* 26 Nysaeos] nysseos *G.* thenesaeos *L.* thenesseos *C.P.* enesseos *B.* eneseos *M.* enesios *H.* Tenesseos? *cf. Strab. 770.*

et antrum Liberi, quo perdidi [homines] missos, qui dicebantur tertia die febribus mori, quia speluncam dei introissent. Quod fuisse [dei] manifestum mortibus eorum probavimus, quia intrari praeter religionem et sine muneribus specus non poterat. [Igitur ego] supplex orabam numina, ut me regem totius orbis [terrarum] cum sublimibus trophaeis triumphantem in Macedoniam Olympiadi matri meae remitterent. Quam rem frustra me petere ita cognovi, quoniam dum sciscitor, et si quid etiam unum videre possem dignum [ad]admirationem aut memoriam, omnibus Indis negantibus usquam esse, diverti castra in Phasiacen, [cum] antea Nothi venti flatus [essem] secutus.

Dumque in itinere sumpsissem agmen sub signis ducente me, duo [senes] facti sunt nobis obviam. Quos cum interrogarem, numquid nossent in illa regione dignum [aliquod] spectaculum, responderunt mihi, esse viam decem non amplius dierum, [per quam iniquae essent aquationes, maxime tamen si illuc cum tantisque impedimentis et] cum universo pergere vellem exercitu. Ceterum si comitatus quadraginta milibus hominum praeponerem per angustas semitas et per bestiosa satis loca [pergere], posse mihi contingere, ut aliquid incredibile perspicerem. Tum ego ilico

1 perdidi *ω.* prodidi *C.* quo perditos emisimus, quia dicebantur — mori, qui *H.* 5 specu *ω.* Igitur ego *P.* igitur eo *C. om. cet.* 10 unum] adhuc *H.* 11 admiratione aut memoria *C.V.H.* id negantibus *C.* 12 usquam *G.M.V.* nusquam *C.* umquam *L.B.* castra] castella *ω.* omnibus Indis dicentibus nichil aliud memorabile inveniri posse in his locis, quam quod cognovimus, iussi diverti signa in Phasiacen antinothi venti flatum secutus *H.* 14 Dum *ω.* sumpsi *ω.* Tumque in itinere sumptum agmen *H.* 19 maxime *C. om. cet.* si illuc cum *C.* causa *ω.V.* tantisque *ω.* tantis *C.* 20 et *C.* si *ω.* perquam difficilis esset tamen accessus propter penuriam aquae tantisque impedimentis, si *H.* 21 comitatus] commeatus *H.* milibus *scripsi.* milium *H.* milia *cet.* 22 hominum robore *C.* praeponerem *ω.* postponerem *C.* proponerem *H.* 23 satis *om. H.* pergere *om. ω.H.* 24 perspicerem negotium *H.* Tunc (tamen *C.*)

laetus [factus], 'Dicite,' inquam, 'mihi [vos] duo senes,' humanitatis eos lege mulcens, 'quid sit istud, quod mihi tam illustre [et] tam significum pollicemini.' Tum [vero] exhilarati blanda mea voce: 'Videbis, rex,' inquiunt, 'quicunque es, duas arbores Solis et Lunae Indice et Graece loquentes: quarum [unum] virile robur est Solis: alterum femininum Lunae, et ab his, quae tibi instent bona aut mala, nosse poteris.' Qua re tam incredibili ludi me a barbaris senibus existimans, [poena] eos impingi et aliqua contumelia iussi notari, illa dicens: 'Itane eo maiestas mea pervenit, ab occidente in orientem, ut a senibus [barbaris] ac decrepitis illudi videar [posse]?': Quibus iurantibus se nihil falsi commiscere, experirem [modo] an vera dicerent, reperturus brevi [id] non esse vanum, orantibus amicis comitibusque meis, ne rei experimento fraudarentur, trecenta milia cum equitatu mecum traxi, remissis in Phasiacen copiis cum quibusdam praefectis exercituque cuncto, [cum] elephantis et Poro rege et impedimentis omnibus. Mox [autem] electo robore iuventutis admirabilia visuri spectacula: [profecti sumus] ducentibus Indorum senibus, qui nos, ut dixerant, per inania et egentia plerumque aquarum [plenaque] serpentium

ego ilico laetus factus *C.P.* Tum ergo (ego *L.*) quo facto laetus *ω.* tum ego laetus *V.* tum ego eo responso laetus *H.* 1 vos *om. L.V.G.M.H.* duo *om. B.* 2 demulcens *C.* illud *C.* 4 vero exh.] unus exhilaratus *H.* inquiunt *L.V.* inquit *B.G.M.P.H.* aiunt *C.* 6 virilis *C.* quarum lignum virile est Sol. *H.* 8 instent *Ed. Basil.* insistent *G.B.M.V.* instant *H.* insistunt *cet.* Quam rem tunc *L.* 9 me deludi *C.* illudi *H.* 11 pervenit *etc.*] penetrarit (penetraverit *P.*) ab oriente usque in occidentem *C.P.* 13 comminiscere *C.* commiscere *cet.* 14 experirem *C.* experire *ω.* experiri modum censui *V.* experiri modo me posse *H.* reperturus] appariturum *H.* 16 tantae rei *H.* fraudaremur *H.* trecenta] quadraginta *C.P.H.* 17 cum *L.G.M. om. B.* ex *C.* 20 autem *om. ω.H.* lecto *H.* leto *ω.* electo *C.* 21 profecti sumus *om. H. addens* iter accipimus *post* senibus. ducentibus nobis *B.* d. nos *V.* 22 dixerunt *L G.V.B.* duxerunt *M.* qui mox, ut diximus *H.* immania *H.* 23 plenaque *Keil.* per aliqua *ω.C.* per aliquot *H.* per inania et egentia loca

ferarumque loca deduxerunt in proximam oraculi sedem. De quibus feris et serpentibus, quia innumerae et Indica lingua erant vocitatae, scribendum tibi non putavi.

Cum [autem] adpropinquaremus [ad] regionem nobis [praedictam] vidimus feminas virosque aliquos pantherum [et] tigridum pellibus contectos. Cum quaereremus, quinam hominum essent, Indos se sua lingua esse dicebant. Locus [autem] erat largus, ture et opobalsamo immenso abundabat, quae plurima ramis suorum innascebantur nemorum. Exin vesci incolae eius regionis consueverant. Et cum sacrarium nobis praedictum et multis incognitum incessissemus, pedum amplius decem statura altior, nigro corpore, dentibus caninis antistes oraculi apparuit perforatis auribus, ex quibus uniones pendebant [anulique] et erat pellibus vestitus. Atque cum me more [gentis illius rituque] salutaret, [metum simulatione silentioque texi. Et cum] interrogaret, ut quid eo venissem: dixi me cupientem inspicere sacras arbores Solis et Lunae. Tum barbarus 'Si a coitu pueri,' inquit, '[et] feminino contactu vacas, licet intrare divinum locum.' [Secutumque me cum] amicis et [cum] commilitatoribus circiter trecentis deponere anulos: vestesque [cunctas] cum calciamentis imperavit. [Imperavi,] per omnia hominis ut pareremus

serpentium ferarumque plerumque habundantiā aquarum duxerunt *V.* 2 innumera *C.* 3 vocitatae *H.* vocitata *cet.* 5 autem *om. ω.H.* appropinquaremus regioni a nobis petitae *H.* 9 lucus *H.* 10 suorum] eorum *H.* 11 Exinde *C.* 12 sacrarium *C.* sesarium *ω.* sessarium *H.* iter *V.* 16 dependebant *C.* 17 gentis illius *om. ω.V.H.* 18 salutasset *C.* metum *C.* et mecum *L.G.M.V.* texi *C.* texit *cet.* metum — et cum *om. H.* 19 ut quid *C.* quid *L.M.B.H.* quod *G.* cur *V.* eo *C.M.* ego *L.G.B.V.H.* 20 sacras] seras *ω.* 21 femineo *C.H.* 22 licet intrare *C.* scilicet intercede *ω.V.* scilicet intrabis *H.* Secutusque me cum *C.* Astantibus *H.* 23 cum commilitatoribus *M.* cum militatoribus *L.G.B.V.* cum commilitonibus meis *C.* 25 homines *L.* hominibus *G.* Parui per

religioni. Hora undecima diei [erat] exspectabat[que] sacerdos solis occasum. Namque Solis arborem loqui ac responsa dare, cum primus iubaris ortus [esset] affirmabat. Item noctis eadem tempora custodire Lunae narrabat [ipsam] arborem. Quae res [plus] mihi mendacio quam veritati similis videbatur.

Igitur perambulare totum incipio nemus; intra parietem [vero] erat non magno aedificatum opere, opobalsamo cum optimo odore omnibus undique ramis arborum abundantissime manante. Cuius odore captus et ipse clibulas de corticibus [praevellebam et idem comites [mei] faciebant. In medio autem luci sacra[a]e [illae] arbores erant, [similes cypressis [et]] generibus frondium. Hae pedum altae centum erant [[et] arbores] quas bebrioras Indi appellant. [Eas] cum mirarer diceremque frequentibus [irrigatas] imbribus in tantum crevisse, sacerdos affirmabat mihi numquam in his locis pluviam, neque feram aut [ullam] avem aut ullum adire serpentem; terminos vero antiquitus ab Indorum maioribus consecratos Soli et Lunae adfirmabat; idem quod in eclipsi solis et lunae [veluti] uberrimis lacrimis [sacrae arbores] commoveantur de deorum suorum statu timentes. Et cum sacrificare instituerem et victimas immolare, prohibitus sum a sacerdote, quia negabat licere aut tus in eo sacrificio

omnia homini *H.* 2 namque *C.* nam et *M.* nam eo *B.* nam *cet.* 3 ac] aut *C.* dare ad primos iubaris ortus *C.* 8 parietem vero *B.* parietem autem *M. om. cet.* opere videoque *H.* opobalsamo *scripsi.* opobalsamum *codd.* 9 odore *H.* honore *cet.* 10 manans *H.* 11 clibulas *H.* cliabulis *M.P.* diabulis *C.* diabulos *G.* diabolo *L. om. V.* 13 arbores *om. ω.* erant *addidi.* et *om. V.* 14 et *delevi.* 15 bebrioras *ω.* bertoras *V.* brebrioras *C.* in media autem parte luci sacrae arbores consistebant diversis generibus frondium circumstantibus. Hae pedum altae centum erant arbores, quas brebionas Indi appellant *H.* 16 irrigatas *C.* regnum *L.B.M.* aerum *G.* eas *V. om. H.* 19 vero *C. om. cet.* 20 solis *C.* 21 idem quod] addiditque quod *V.* easque *H.* 22 sacras arbores commoveant *C.* commoveri *H.* 25 sacrificio] sacrario *H.*

igne uri aut ullum animal interfici. Sed [praecepit, ut provolutus arborum truncis oscula darem: orarem-que Solem et Lunam, ut veridica mihi darent responsa. Quod ego cum facturus essem, interrogandum tamen sacerdotem existimavi, [utrum] Indice an Graece mihi essent arbores responsurae. Tum ille 'Utraque,' [inquit], 'Solis [elocutio] lingua pronuntiat futura, Luna Graeco sermone incipit, Indico finit.':

Dum ea geruntur, vidimus ab occidente iubare fulgentibus Phoebi radiis percussa arborum cacumina [et] sacerdos ait: 'Sursum,' inquit, 'omnes tuemini: et, de quibus rebus quisque consulturus est, occulte cogitet silentio, nemo palam pronuntiet.' Tum ego et amici et commilitatores accuratius [sumus] intuiti, [ne] inter nemorum densitatem: aliqua in morem hominum nos illuderet [falsitas]. Mox interveniente nullo tali dolo [usque] ad cacumina ramosque perspeximus [et] stantibus nobis comminus divina auribus occupamus oracula. Cogitabam, si devicto orbe terrarum in patriam triumphans [ad] Olympiadem matrem sororesque meas carissimas reverti possem, cum subito Indico sermone tenuissime respondit arbor: 'Invicte bellis Alexander, ut consuluisti, unus eris dominus orbis terrarum, sed vivus amplius in patriam non reverteris, quoniam fata tua ita de capite tuo statuerunt.' ‖ Tum ego oraculum cum ignorarem qualiter esset Indus interpretaturus, *alios mecum interpretes adduxeram,* quos ego partim muneribus, partim minis, ut quaecunque arbores dicerent indicarent coegi. Qua re

1 praecepit ut *om. H.* 2 provolutus *C.V.* volutus *ω.* volutos *H.* dare orareque *H.* 5 utrum *C. om. cet.* 11 tuemini *L.G.M.* intuemini *cet.* 14 commilitones *H.* ne] nemo *L.* 15 aliqua in morem *etc.*] aliqua seductio in morem veterem docta nos hominum aliquis eluderet. Mox *H.* 17 prospeximus *C.* et *C. om. cet.* 18 divina *etc.*] divinas aures precibus sollicitavimus *V.* 19 orbi *L.* 27 alios mecum interpretes adduxeram *Edit. Basil.; om. codd.* 28 quos *G.B.M.V.* quas *L.* hos *C.* ut *om. V.* 29 indicare *ω.V.*

cognita omnibus perculsis flentibusque, qui mecum erant comitati palam, et quia moris erat, aliud consulturus intrare vespertino tempore . . . Sed nondum exorta erat luna, cum rursus invitati ad lucum iuxta sacras arbores constitissemus; mox solita consuetudine adoramus. Tres fidelissimos induxeram mecum amicos, Perdiccam et Clitonam et Philotam, quia nullum metuebam ultra nec in me quicquam metuendum, ubi neminem fas erat interfici. Consulto igitur, ubi moriturus essem. Tunc ad primum lunae ortum percussa cornu splendoreque accepto arbor Graece respondens: 'O Alexander,' inquit, 'plenum iam finem aetatis habes. Sed sequenti anno mense Maio in Babylone morieris; a quo minime speras, decipieris.' Tum lacrimas effudi amicique mei circumsistentes flebant. Nullumque ab eis dolum aut scelus cogitavi exsurrecturum, sed magis pro mea salute paratos mori. Neque enim ego quicquam de fidelissimis mihi amicis

1 cognita *V.* cognitis *cet.* perculsi *L.* 2 palam] lacrimatus sum *V.* aliud consulturus (consulturos *G.*) intrare *ω.* aliud consulturus eram *V.* aliam consulere intra *C.* 3 vespertino tempore *ω.* vespertinum tempus *C.* statuerunt. Haec ego audiens mente perculsus sum. Displicuit enim mihi, quod tam multos adduxi mecum ad sacras arbores. simul et amici mei et comites [mei] qui mecum [venerant, fleverunt valde et contristati sunt.: Quos ego partim [minis partim] muneribus consolatus sum praecepique eis, ut nemini haec responsa dicerent. Rursum lunae oracula auditurus, quae media nocte posse fieri sacerdos affirmabat, quoniam tunc luna erat oritura, assumpsi mecum tres fidelissimos amicos, perdicam et clitoricam et philotam *H.* 5 sacras] seras *ω.* 6 adoravimus *L.* adhortamur *C.* 8 ultra] in illo loco *H.* in me] a me *H.* 9 *post* 'interfici' *pergit H.* 'iterumque lucum intrantes iuxta arbores sacras constitimus [et] mox solita consuetudine adoramus. Consulens igitur, ubi moriturus essem, tum *etc.* 10 Tunc *C.* et tum *V.* et cum *ω.* percusso *H.* 11 cornu *ω. H.* cornua sunt *C.* splendoreque *ω. H.* splendore. Quem *C.* 12 O *om. L.G.B.* 13 Maio] nono *H.* in *om. H.* 15 fudi *L.* 17 exsurrecturum *C.* esurrecturum *P.* resurrecturum *B.G.M.H.* recsur. *M.* surrect. *L.V.* 18 enim *om. L.V.H.* ego *om. C.*

consulteram, an illos cavendos esse Alexandro praemoneret oraculum. Discessu deinde facto cum iam ad epulas reverteremur, ego aeger animo, ad requiem rogantibus amicis, ne me anxietate et ieiunio conficerem; paululum cibi contra animi mei voluntatem sumere coepi, meque ut praesto essem ad primum solis ortum, in sacrario collocavi. Postero die matutinis expergefactus, diluculo amicos etiam semisopore somno excito. Sed adhuc ipse quoque sacerdos velatus pellibus ferinis quiescebat. Positaque ante eum in tabula ebenina ingens cliba turis erat, quae illi ex pridiana cena superfuerat, et culter eburneus. Nam aere et ferro et plumbo et argento egent, sed auro abundant. Opobalsamo et ture vescuntur, cadenteque rivo puro ex vicino monte potant aquam homines, accumbentes et quiescentes sine ullis cervicalibus stratisque tantum pellibus ferarum. Hoc amictu contenti vivunt. idem annis fere trecentis. Excitato igitur sacerdote lucum intravi tertio consulturus eandem mihi sacratissimam Solis arborem, cuius mortem manu percussoris habeam cavendam: quemve exitum mater mea sororesque meae habiturae sint. Arbor Graece dixit: 'Si mortis tuae tibi insidiatorem prodidero, sublato eo facile instantia fata mutabis. Mihi quoque tres irascentur sorores, quod veridico oraculo earum pensa impedierim, Clotho, Lachesis, et Atropos. Igitur ad annum et menses septem in Babylone morieris, non ferro:

1 promoneret *C.* 3 verteremur *L.C.* ad requiem vado *H.* 6 sumere] accipere *L.* praesto] praestans *L.V.B.* praestens *M.* 7 matutinis *ω.* matutino *V.H.* maturius *C.* 8 semisopore somno excitos *ω.* vocavi a somno excitatos *V.* simul soporantes a somno excitavi *C.* semisop. s. excitos vidi *H.* 11 ex pridiana cena *H.* ex pridia ante c. *M.* ex pridiae ante c. *L.* ex pridiante c. *G.B.* ex nocturna c. *V.* ex pridie cenanti *C.* 13 sed *om. L.H.* 15 puram *H.* 16 accubantes *V.H.* 17 His amictis contecti vivunt ibidem *H.* 21 haberem *C.* 22 essent *C.* 24 O mihi *ω.* mihique *H.* 25 pensas *C.* 26 impedierim] impenderim *ω.* ad] post *H.* 27 septem] novem *H.* in *om. H.*

quod suspicaris, non auro neque argento, neque ullo metallo, sed veneno. Mater tua turpissimo ac miserando quandoque exitu insepulta iacebit in via, praeda avium ferarumque. Sorores tuae felices diu erunt [ut tu factae.] Tu enim etsi breve superest tempus, dominus tamen orbis terrarum eris. Nunc modo cave, ne nos ulterius sciscisteris. Proinde excede terminos luci nostri et ad Phasiacen Porumque revertere.' Sed et sacerdos commonuit, ut pareremus, dicens fletu et ululatu nostro sacras arbores offendi. Tunc ego contionatus ad universos milites dixi, ut Porum ad Phasiacen ex responso repeteremus, quod nobis faustum felixque futurum esset. De tempore [autem] vitae meae [reticui,] ne a commilitatoribus meis deductis in desperationem in alienigenis destituerer locis, et eas voces, quas ex responsis una mecum audierant, [*ne divulgarent, voverunt;*] qui his nominibus appellantur: Sermition, Praesidis filius, et Nestorinus et Timotheus et Lacon et Thrasyleon et Declitus et Machaon et Onocles et Silbrus et Sunsiclus et Perdiccas et Philotas et praefectus praetorii Diarotas. Sed silentio, quae audierant, ex sua fide et meo tegebant consilio.

3 quandoque *om. H.* insepulta iacebit] sepultura carebit iacebitque *H.* 4 ut tu *C. om. cet.* 7 susciteris *C.* proinde *C.* inde *cet.* 9 emonuit *ω.V.* sed et monuit sacerdos, ut pergeremus, fletum et ululatum nostrum sacras arbores dicens offendisse *H.* 10 contionatus *C.* continuatus *ω.H.* continuatos *V.* 11 ad] et *H.* Fasciacemque *V.* 13 esse *M.B.* autem *om. ω.V.H.* 14 reticui *om. ω.V.H.* deductis *C.* reditus *L.M.* redditus *B.G.V.H.* 15 alienis *C.* destituerer *V.* destruerer *ω.* desererer *C.* deserer *P.* dirumperer *H.* 16 ne divulgarent, voverunt *V. om. cet.* 17 sermiton *G.* sermicion *B.V.C.* 18 praesidis *P.* praesidus *B.* praesitis *cet.* protesilaus *pro* praesidis filius *H.* nestorinus *V.* mistorinis *ω.* nustorinus *C.* mistomus *H.* timothes *G.B.M.* thymotes *V.* 19 trascileon *G.L.* transileon *V.* traseleon *H.* trasicleon *cet.* declitus *B.* declytus *P.* deditus *cet.* machaon *C.* machon *sive* macon *cet.* honocles *C.* erocles *H.* 20 simbrus *H.* sundidus *L.* sinsiclus *C.* perdica *G.H.* perdicam *cet.* philota *G.* phylaton *V.* philoctas *H.* philotam *cet.* 21 diarota *G.* coracdas *H.*

Iamque ex sacris excesseramus arboribus, sed [adhuc etiam odore turis opobalsamique nares verberabantur. Indi enim sacra deorum ad oceanum tenebant, dicentes [non parum] me quoque esse immortalem, qui usque eo penetrare potuissem. Quibus ego, quod de nobis bene opinarentur, insinuans gratias agebam.

Pervenimus deinde in vallem Iordiam, in qua serpentes habitabant, habentes [in] collo lapides, qui smaragdi appellantur. — Hi lumen in oculis profusum accipiunt. — Hi vallem nulli adeundam incolunt. Hi serpentes lasere et albo vescuntur pipere. Nam supra vallem hanc sunt pyramides institutae pedum tricenum et quinum, quae [numinibus] ab antiquis Indorum ob hanc causam [sunt] aedificatae. Sed hi serpentes, quos paulo ante descripsimus, inter se quotannis vere primo depugnant, multique morsibus deperiunt. Inde nos paucos extulimus ingentis formae smaragdos. Per magna pericula incedimus et incidimus talis generis bestias: habentes [sunt *suum*] capita, leonum caudas, unguibus binis, latae ad sex [prope] pedum [mensuram] quibus verberabantur homines et inutiles fiebant. His erant intermixti grifi, rostra habentes aquilarum, at alia parte corporis dissimillimi. Qui mira celeritate

2 sed adhuc etiam *C.* sed iam *ω.V.* sed iam non *H.* 3 Indi enim *C.* tenebant] tendebant *C.* colentes dicebant *H.* 5 eo *C.* evum *B.M.H.* aevum *G.* in evum *L.* ad eurum *V.* quod] quoniam *C.* 6 bene *C. om. cet.* insinuans *om. C.* 7 Iordanis *H.* 8 in *om. ω.V.* 10 colunt *B.G.M.* 13 quae numinibus *om. ω.H.* 14 sunt *om. ω.H.* 15 aliquot annis *C.* 16 unde *C.* 18 magna deinde *H.* incedimus *L.B.M.V.* incidimus *H.* incessimus *cet.* et *om. C.P.H.* incidimus *V.* inscitas *ω.H.* ignotas *C.* in Cyritas *editiones.* 19 suum capita, leonum *scripsi.* capitalinum *ω.* capitalium *H.* eorum capita leonum similia *C.* caudae *C.* 20 prope *Ed. Basil.* quippe *codd.* mensuram *om. B.G.M.; locus ita legitur in cod. Bamb. E. III. 14:* Per magna deinde pervenimus in loca, quae erant fortissima, in qua erant bestiae, quae habebant caput sicut porcus, caudam sicut leo, ungulas duas, latas pedibus sex. 23 qui] quam *C.* que *H.* celeritate] velocitate claritate *L.* velocitate *H.*

in ora oculosque nostros resiliebant, pedum binorum ternorum [a terra] ferebantur, scuta clipeosque nostros caudis crudelem in modum verberabant. Qui partim sagittis, partim contis militaribus configebantur. Perdidi in eo certamine ducentos sex milites bestiarum utriusque generis morsu. Occidimus ad quatuordecim [milia].

Inde ad Oclivas flumen venimus, quod sine flexu recte ad oceanum ferebatur, latum stadiis ad ripam alteram viginti; vestiebant [eum] arundines altae per littora, quarum unam triginta milites vix ferre possent. Excedebant autem arborum procerissimarum altitudinem. In his arundinibus stratum potentissimo ebore vidimus. Inhabitabant enim locum eundem milia elephantorum innumera, qui nos nescio quo facto nec lacerare temptabant. Alioquin crudelissime percalcati eramus. Multis collectis dentibus ratibus ex arundine factis transnavigavimus amnem. Inhabitabant litus ulterius Indi balenarum ferarum contecti pellibus. Non fuere inhospitales: Qui nobis spongias albas purpureasque in manus dedere cum bucinis ex genere coclearum capientes binos ternosque congios, et stragulas mollesque tunicas ex vitulorum marinorum pellibus factas, cocleas praeterea sextariales escae pulcherrimae, item vermes ex ipso flumine extractos,

1 binorum] bis *C.* 2 a terra *C.* impetu *V.* *om.* *ω.H.* scuta *om. C.* 3 caudis *om. C.* crude *C.* 4 militaribus] militatoribus *B.M.* cunctis militatoribus *L.* conficiebantur *H.* 6 quatuordecim] sedecim *H.* 8 Oclivas *ω.* oclyvas *C.* occluadas *H.* flexu *L.V.H.* fluxu *B.G.M.* reflexu *C.* 10 altae *G.* ACCCC. *L.M.B.* ac trecentae *V.H.* trecentae *C.* 11 vix ferre *ω.V.* ferre non *C.* 12 autem] enim *H.* procerissimam *C.* 14 ebore *H.* eboro *L.* eruo *B.* euro *cet.* 16 lacerare *ω.* lacessere *C.* 17 percultati *H.* perculsi *V.* essemus *C.* 18 amnem inhabitantibus ulterius Indis beluarum ferarum contectis pellibus *H.* 20 Sed non *C.* 21 et genere *B.G.V.H.* 22 coclearum] conderum *L.* coclearum, *in marg.* vel conclerum *G.* chonciliorum *V.* 23 stragula *C.* 25 extracti (extractos *V.H.*)

femore humano crassiores; qui nobis omni generi piscium sapore praeferendi sunt. [Sed] et fungos immensae magnitudinis viginti, cocco rubriores apposuerunt nobis et murenas habentes pondera ducenta, affirmantes esse maiores in vicino ipsis oceano, qui erat ad miliarium tertium et vicesimum. Pisces praeterea scauros ponderę centenum quinquaginta qui in gurgitibus nassis eburneis capiebant, ne arundines morsu confringerent; aut capillatae mulieres, quae pisce vivebant, aquis immersae prehenderent. Quae ignaros regionum homines in flumine natantes aut tenendo in gurgite suffocabant aut tractos in arundinetum, cum essent specie mirabiles, affectu suo avide victos [co]rumpebant aut veneria exanimabant voluptate. Quarum nos duas tantummodo cepimus colore niveo, similes nymphis, defusis per terga capillis.

[Et] in Gange flumine erant admirabilia portenta. De quibus, ne tibi fabulosus viderer, scribendum non putavi, nisi quod apud flumen... Boream ventus e sole [et] Euphratis ad Noti venti spiracula exeunt. Quorum fluminum ripae altera ab alia conspicuae non sunt [prae] latitudine aquarum earum. Inde ad castellum, quod Indi incolunt, pervenimus, ubi tum monita a

femore humano *ω.V.H.* extra femur humanum *C.* generi *H.* genere *cet.* 2 Sed *om. ω.V.H.* 3 apposuerunt *C.* posuerunt *cet.* 4 ducentena *H.* 7 scaros pondere *C.* scarvos pondus *ω.H.* scauros ponderibus centenis *V.* 8 qui gurgitibus *H.* nassis *CG.* nasis *L.M.B.* navibus *V.* *om. H.* capiebantur *H.* 9 aut] atque *B.M.* 10 prehenderent *C.* praetenderint *L.B.* praetenderent *G.V.* pranderent *H.* 11 ignorantes regionem *C.* 12 arundinetum *scripsi.* arundineto *H.* arundine *cet.* 13 affectu *ω.V.H.* aspecto *C.* 14 voluntate *ω.V.* 16 diffusis post terga *C.* 17 admirabilia *C.* animalia *ω.V.* mirabilia *H.* 19 apud quod *C.* flumen *om. L.* boream boramve *L.* e sola *B.G.M.* aesola *L.* e sole *C.* putavi. huiusmodi fluminis undae boreo vento flante exeunt *V.* *fortasse scribendum est:* nisi quod aquae fluminis huius Borea vento flante solum et Euphratis ad N. *etc.* 21 altere *L.M.B.* 22 prae *om. ω.H.* 23 *Post* 'pervenimus' *pergit H.:* [deinde ad Seres,] quae gens

